



20496





L1  
T316a  
.Gg

# Die Brüder

des Terenz

lateinisch und deutsch

mit neuen Lesarten aus dem Codex Bezae

von

C. E. Geppert.



83902  
30/9/07

Berlin, 1867.

Im Selbstverlage des Herausgebers.



## V o r r e d e .

Zu der vorliegenden Ausgabe der *Adelphi* habe ich nicht allein den *codex Bembinus* sondern auch den *Regius Parisiensis*, den *Laurentianus* und drei Berliner Handschriften verglichen, über deren Beschaffenheit ich in Jahns neuen Jahrbüchern für Philologie und Pädagogik, Supplementband 18 S. 28 ff., ausführliche Nachricht ertheilt habe. Außerdem habe ich die Varianten aller andern Handschriften, so weit sie bisher veröffentlicht sind, gesammelt, um mir ein vollständiges Bild des Textes, wie er sich im Lauf der Jahrhunderte gestaltet hat, zu verschaffen, wenngleich die Ausgabe des *codex Halensis* von Bruns die einzige ist, die zu einem solchen Unternehmen ausreichendes Material bietet, denn die Ausführungen, die die andern Herausgeber des Terenz aus ihren Handschriften machen, sind so fragmentarisch, daß nur ihre Totalität ein Resultat ergiebt, während man über das Alter der einzelnen Lesarten meistens im Dunkeln bleibt. So interessant es nun freilich auch für den Philologen wäre, den vollständigen kritischen Apparat mit dem von mir gegebenen Text vergleichen zu können, so habe ich mir doch mit Rücksicht auf den Zweck der vorliegenden Ausgabe eine so große Ausführlichkeit in der Mittheilung des Handschriftlichen nicht gestatten zu dürfen geglaubt, sondern mich damit begnügt, in den Anmerkungen anzugeben, wo der Text von der Lesart der Handschriften überhaupt und vorzugsweise wo er, so weit dies nicht schon von Faernus bemerkt ist, von denen des *Bembinus* abweicht. Bei den nachträglichen Ausführungen aus diesem aber wird man mehr als einmal an das erinnert, was Bernhardt, *Römische Litteraturgeschichte* Num. 45, treffend über unsre *codices* vom ältesten Datum bemerkt, denen ein Emendator mangelt.

Was die metrischen Principien angeht, die meines Erachtens bei der Recension einer römischen Comödie maassgebend sein dürften, so habe ich mich darüber in meiner Schrift über die Aussprache des Lateinischen im älteren Drama Cap. 4 ff. ausgesprochen. Demzufolge

wird man denn in den *Adelphi* von dem allgemein recipirten Schema des *Priscian* die Abweichung finden, daß die betonte Länge nicht allein in einen *Pyrrhichius* sondern auch in einen *Jambus* aufgelöst wird, ein Fall, der so oft vorkommt, daß es nicht nöthig ist, dafür Beispiele anzuführen. Auch dafür, daß der *Jambus* statt des *Pyrrhichius* an unbetonter Stelle eintritt, finden sich in der *Anacrusis* jambischer Verse allgemein bekannte Belege. Außerdem liegt nur noch ein Beispiel dieser Abweichung vom strengeren Schema in der *Thesís* des fünften Fußes im jambischen *Senar* vor in *B.* 142, eins nach dem ersten *Creticus* im trochäischen *Tetrameter* *B.* 160 und eins nach stärkerer *Interpunction* *B.* 517. Der *Trochäus* statt des *Pyrrhichius* tritt dagegen nur in der *Anacrusis* jambischer Verse ein *B.* 72, 213 und 476 und der *Creticus* statt des *Dactylus* kommt nur bei *enim* und *quidem* vor, die sich dem vorhergehenden Wort *enclitisch* anschließen.

Andre Abweichungen vom Schema des *Priscian* wird man in dem Text des Stückes nicht finden und daß dieser mit so geringen Veränderungen wie den vorliegenden dem von mir aufgestellten Schema hat angepaßt werden können, scheint mir ein Beweis für die Richtigkeit meiner Vorstellung von der Versbildung der *Comödie* zu sein. Derselbe konnte aber nirgend besser geführt werden als bei *Terenz*, bei dem die handschriftliche Ueberlieferung ein ungleich besseres Material bietet als bei *Plautus*, wo sie in jeder Beziehung mangelhaft und unzureichend ist. Es wäre daher sehr zu wünschen, daß diejenigen, die sich mit der *Critik* der römischen *Komiker* beschäftigen, sich zunächst darüber einigten, nach welchen metrischen Grundsätzen *Terenz* zu emendiren ist, ob wir uns mit der schwierigeren Frage beschäftigen, wie der Text des *Plautus* wiederherzustellen sein möchte und es sollte mich sehr freuen, wenn die vorliegende Ausgabe der *Adelphi* hierzu die Veranlassung böte.

Berlin, den 25. October 1867.

C. C. Geppert.



ADELPHI.

—

Die Brüder.

—

## PERSONAE.

---

Micio senex.

Demca senex.

Sannio leno.

Aeschinus adolescens.

Parmeno servos.

Syrus servos.

Ctesipho adolescens.

Sostrata matrona.

Canthara nutrix.

Geta servos.

Hegio senex.

Dromo servos.

---

## Personen.

---

Micio, ein Greis.

Demea, ein Greis.

Sannio, ein Kuppler.

Aeschinus, ein Jüngling.

Parmeno, ein Slav.

Syrus, ein Slav.

Ctesipho, ein Jüngling.

Sofrata, eine verheirathete Frau.

Canthara, eine Amme.

Geta, ein Slav.

Hegio, ein Greis.

Dromo, ein Slav.

---

## PROLOGUS.

- Postquam poéta sensit scrípturam suám  
Ab iniquis óbservari et ádvorsariós  
Rapere in peiórem partem, quam ácturi sumús,  
Indicio dé se ipse erit: vos éritis iudicés,  
5 Laudin an vítio duci id fáctum oporteat.  
Synapothnescóntes Diphilí comocdia ést:  
Eam Conmoriéntes Plautus fécit fabulám.  
In graeca aduléscens est, qui lénoni eripít  
Meretricem in práma fabula: éum Plautus locúm  
10 Reliquit íntegrum. éum hic locúm sumpsit sibi  
In Adelphos, vérbum de verbo éxpressum extulít.  
Eam nos actúri sumus novám: pernoscité,  
Furtumne fáctum existumétis, an locúm  
Reprehensum, quí praeteritus nécgentia ést.  
15 Nam quod isti dícunt malevoli, hómines nobilís  
Eum adiutáre adsidueque úna scriberé,  
Quod illi maledíctum vehemens ésse existumánt,  
Eam laudem hic dúcit maxumám, cum illis placét,  
Qui vobis únivorsis ét populo placént,  
20 Quorum opera in béllo, in otio, ín negotiío  
Suo quisque témpore usust síne superbiá.  
Dehinc ne expectétis arguméntum fabulaé:  
Senes, qui prími huc venient, íi partem aperiént,  
In agendo pártem ostendent. Fácite acquanimitás  
. . . . .  
25 Poetae ad scribendum augeát industriám.

## Der Prolog.

- Da unser Dichter sah, wie seine Dichtungsart  
Ungünstigen Blicks betrachtet ward und auch das Stück,  
Das wir heut geben, seine Gegner angeschwärzt,  
Stellt er sich selber vor Gericht: fällt Ihr den Spruch,  
5 Ob, was er that, zu loben, ob zu tadeln sei.  
Synarothneskontes ist ein Stück des Diphilus:  
Die Commorientes sind von Plautus draus gemacht.  
Im griechischen Stücke raubt ein Jüngling seinen Schatz  
Dem Ruppeler gleich zu Anfang: jene Stelle ließ  
10 Nun Plautus unberührt. Drum nahm sie unser Mann  
Für die Adelpsi, gab sie wieder Wort für Wort.  
Die bringen wir jetzt als was Neues: seht denn zu,  
Ob Ihr's für Diebstahl achtet, oder ob das Stück  
Nur nachgeholt ward, da es übergangen war. —  
15 Denn wenn die Gegner sagen, Leute von Geburt  
Sein unserm Mann behülflich, schrieben eifrig mit,  
So rechnet er, was jene für die stärkste Schmach  
Erachten, sich zum größten Lobe an, wenn er  
Den Beifall derer, die dem Volk gefielen, hat,  
20 Die Ihr im Krieg, im Frieden, in Geschäften stets,  
Wie es sich fügt, benutzt habt ohne Sprödigkeit. —  
Erwartet nicht von mir den Inhalt unsres Stück's.  
Die Alten, die auftreten, theilens theils Euch mit,  
Theils offenbarts die Handlung. Macht, daß Billigkeit  
25 Den Fleiß des Dichters bei der Dichtung unterstützt.
-

## ACTUS PRIMUS.

### Scena I.

Micio.

- Storax! — Non rédiit hac nocte á cena Aeschínús  
Neque servolórum quisquam, qui ádvorsum ieránt.  
Profecto hoc vére dicunt: si ábsis uspiám  
Aut ubi si césses, eveníre ea satius ést,  
30 Quae in te uxor dícit et quae in ánimo cogitát (5)  
Irata, quam illa, quae paréntes propitií.  
Uxor, si césses, aut te amáre cogitát,  
Aut tete amári aut potare átque animo obsequí  
Et tibi bene ésse soli, síbi cum sit malé.  
35 Ego quia non rédiit filiús, quae cogito ét (10)  
Quibus nunc sollicitor rebus? Ne aut ille alserít,  
Aut uspiám ecceiderit, aut praefregerít  
Aliquid. Vah, quémquamne hominem in ánimum instituere aut  
Parare, quód sit cariús, quam ipse est síbi?  
40 Atque ex me hic nátus non est, sét ex fratri meo. Ís (15)  
Dissimili stúdio est. Jam inde ab adulescentiá  
Ego hanc cleméntem vitam urbánam atque otiúm  
Secutus sum ét quod fortunátum isti putánt,  
Uxorem númquam habui: ille cóntra haec omniá  
45 Ruri agere vítam, semper párcce ac duritér (20)  
Se habere, uxórem duxit, náti filí  
Duo: inde ego húnce maiorem adóptavi mihi.  
Eduxí a párvolo, habui, amávi pro meó:  
In co me oblécito: solum id ést carum mihi.  
50 Ille ut ítem cóntra me habeat, fácio seduló. (25)  
Do, praetermítto: non necesse habeo omniá  
Pro meo iure ágere: postremo álii clanculúm

## Erster Act.

### Erste Scene.

Micio.

- Storax! — Vom Schmaus kam Aeschinus heut Nacht nicht heim,  
Noch auch die Slaven, die ich entgegen ihm gesandt.  
Fürwahr! die Leute haben Recht: bist du entfernt,  
Verweilst du irgendwo, so trifft weit besser ein,
- 30 Was gegen dich die eigne Frau spricht oder denkt  
In ihrem Aerger, als was Elternliebe glaubt.  
Die Frau denkt, bleibst du aus, du hättest dich verliebt,  
Genössest Liebe, zechtest, fröhntest deiner Lust,  
Und dir allein gehs gut, derweils ihr schlecht ergeht.
- 35 Doch was denk' ich und womit quält mich meines Sohns  
Ausbleiben? Möglich, daß er sich erkältet hat!  
Daß er gefallen sei! daß er ein Glied zerbrach!  
O! daß ein Mensch doch in sein Herz schließt oder sich  
Verschafft, was ihm noch lieber ist als er sich selbst!
- 40 Dazu hat ihn mein Bruder noch gezeugt, nicht ich.  
Der ist ganz anders. Schon von früher Jugend an  
Hab ich die müßige, angenehme Lebensart  
Der Stadt gesucht und, was man sonst für glücklich hält,  
Mich nicht vermählt: er, ganz das Gegentheil von mir,
- 45 lebt auf dem Lande, hält sich kärglich stets und hart,  
Nahm eine Frau, bekam zwei Söhne: davon nahm  
Ich diesen ältern in mein Haus an Sohnes Statt.  
Ich zog ihn auf, ich hielt ihn, liebt' ihn wie mein Kind.  
Er macht mir Freude: das ist meine einzge Lust.
- 50 Ich sorge eifrig, daß er ebenso mich liebt.  
Ich schenke, seh' auch durch die Finger: muß ich denn  
Nur mein Recht üben? so gewöhnt' ich meinen Sohn,

- Patres quae faciunt, quae fert adulescentiá.  
Ea ne me célet, consuefeci filiúm.
- 55 Nam qui mentíri aut fallere ínsuerit patrém. (30)  
Aut ausit, tánto magis audébit ceterós.  
Pudore et liberalitáte liberós  
Retinere sátius esse crédo quam metú.  
Haec fratri mécum non convéniunt neque placént.
- 60 Venit ad me saépe clamans: Quid agis, Mició? (35)  
Cur perdis adulescentem nóbis? Cur amát?  
Cur potat? Cúr tu his rebus súmptum suggerís?  
Vestitu nímio indulges: nímium ineptus és.  
Nimium ipse est dúrus praeter aéquomque et bonúm.
- 65 Et errat lónge mea quidém sententiá, (40)  
Qui imperium crédat gravius ésse aut stabiliús,  
Vi quod fit, quam illud, quod amicítia adiungitúr.  
Mea sic est rátio et sic animum induco meúm:  
Malo coáctus qui suom ófficium facít,
- 70 Dum id rescitum íri credit, tántisper cavét: (45)  
Si sperat fóre clam, rursum ad íngeniúm redít.  
Ille quem beneficio adiungas, éx animo facít.  
Studet par reférre: praesens ábsensque idem erít.  
Hoc patrium est, pótius consuefácere filiúm
- 75 Sua sponte récte facere quam álienó metú. (50)  
Hoc pater ac dóminus interés: hoc qui nequít,  
Fateatur néscire imperáre liberís.  
Set estne hic ípsus, de quo agébam? et certe is ést.  
Nescio quid trístem video: crédo iam, ut solét,
- 80 Jurgabit. Sálvom te adveníre, Demeá, (55)  
Gaudemus.

## Scena II.

Demea. Micio.

Demea.

Éhem opportune: te ípsum quaeritó.

Micio.

Quid tristis és?



- Daß er, was Andre vor den Vätern heimlich thut,  
 Wie's ihre Jugend mit sich bringt, mir nicht verbirgt.
- 55 Denn wer da lügt, den Vater zu betrügen pflegt,  
 Wer's nur versucht hat, thut's bei Andern um so mehr.  
 Ich denke, daß es besser ist, durch fromme Scheu  
 Und Güte Kinder zu erziehen als durch Furcht.  
 Mein Bruder stimmt darin mit mir nicht überein.
- 60 Ist kommt er, schreit mich an: Was machst du, Micio?  
 Warum verdirbst du uns den Sohn? Er liebt! Warum?  
 Er trinkt! Warum? Warum giebst du das Geld dazu?  
 Du kleidest ihn zu kostbar: unklug handelst du.  
 Er selbst ist allzustreng und mehr als billig ist.
- 65 Der aber täuscht sich gänzlich meiner Meinung nach,  
 Der eine Herrschaft sichrer oder ständger wähnt,  
 Die auf Gewalt ruht, als die Freundschaft sich erwirkt.  
 Das ist mein Grundsatz, davon bin ich überzeugt:  
 Wer nur durch Zwang genöthigt seine Pflicht erfüllt,
- 70 Nimmt sich in Acht, so lang ihm die Entdeckung dreht:  
 Glaubt er sich unbeachtet, fröhnt er seiner Lust.  
 Wen du durch Wohlthat dir erwirbst, der thut sie gern:  
 Er will vergelten, bleibt derselbe nah und fern.  
 Das ist des Vaters Pflicht, vielmehr den Sohn von selbst
- 75 Zum Gutthun zu gewöhnen, als durch slavische Furcht.  
 Der Unterschied von Herr und Vater! Wers nicht kann,  
 Gesteh', daß er nicht über Kinder herrschen kann.  
 Doch kommt nicht der, von dem ich sprach? Gewiß! er ist.  
 Er scheint mir ärgerlich: ich glaube, wie ers pflegt,
- 80 Wird er jetzt zanken. Demea, ich freue mich,  
 Daß es dir wohlgeht.

### Zweite Scene.

Demea. Micio.

Demea.

Après! Dich suchst' ich auf.

Micio.

Was suchst' Dich an?

Demea.

Rogas me, ubi nóbis Aeschinús  
Siet, quid trístis ego sim?

Micio.

Dixin hoc foré?

Quid fecit?

Demea.

Quíd ille fecerít? Quem neque pudét  
85 Quicquam nec métuit quemquam néque legem putát (5)  
Tenere se úllam. nam illa, quae ántehac facta súnť,  
Omitto: módo quid designávit?

Micio.

Quidnam id ést?

Demea.

Fores effrégit atque in aédis inruít  
Alienas: ípsum dominum atque ómnem familiám  
90 Mulcavit úsque ad mortem: erípuit mulierém, (10)  
Quam amabat. Clámant omnes indignissumé  
Factum esse: hoc ádvenienti quót mihi, Mició,  
Dixere? in óre est omni pópulo. deniqué,  
Si conferéndum exemplum est, nón fratrem vidét

95 Rei operam dáre, ruri esse párcum ac sobriúm? (15)  
Nullum huius fáctum simile. haec cum illi, Mició,  
Dico, tibi díco: tu illum córrumpi sinís.

Micio.

Homine imperíto nunquam quícquam iniustiúst,  
Qui, nisi quod ípse fecit, níl rectum putát.

Demea.

100 Quorsum istuc?

Micio.

Quía tu, Demea, haéc male iudicás. (20)

Non est flagítium, mihi crede, ádulescentulúm  
Scortari néque potare: nón est: neque forés  
Effringere. Haéc si neque ego néque tu fecimús,  
Non siit egéstas facere nós. Tu nunc tibi  
105 Id laudi dúces, quod tum fécisti inopiá? (25)  
Iniurium ést: nam si esset, únde id fierét,

Demea.

Du fragst, da wir den Aeschinius  
Besüzen, was mich ansieht?

Micio.

Hab' ichs nicht gesagt?

Was that er?

Demea.

Was der Junge that? der sich nicht schämt

85 Noch jemand fürchtet? weder Ordnung noch Gesetz  
Für sich als Band erachtet? Denn was sonst geschah,  
Paß ich bei Seite: was verübt' er jetzt?

Micio.

Nun, was?

Demea.

Die Thür erbrochen stürzt er in ein fremdes Haus  
Und prügelt dort den ganzen Hausstand und den Herrn,  
90 Daß sie am Leben fast verzagen, raubt ein Weib,  
In das er verliebt ist. Alle schrein, abscheulich sei  
Dies Vorgehn: o! wie viele sagtens, Micio,  
Bei meiner Ankunft! jederman erzählts. Und dann  
Wenn er ein Vorbild sucht, sieht er den Bruder nicht,  
95 Wie der arbeitet, auf dem Lande karg und streng?  
Dem ist er ganz unähnlich. Sprech' ich wider ihn,  
So gilt es Dir, denn Du verdirbst ihn, Micio.

Micio.

Nichts Ungerechtes giebt's als Unerfahrenheit,  
Die nichts für recht hält, als allein das, was sie thut.

Demea.

100 Was soll das?

Micio.

Weil Du fälschlich urtheilst, Demea.

Es ist nicht schmähtich, glaub mirs, wenn ein junger Mann  
Verliebt ist, zecht, nein! nein! noch wenn er eine Thür  
Erbricht. Wenn weder ich noch du das je gethan,  
So hielt uns Armuth davon ab. Nun willst Du Dir  
105 Als Lob anrechnen, wozu Dich der Mangel zwang?  
Das ist nicht recht, denn hätten wir das Geld gehabt,

Faceremus. ét tu illunc tuúm, si esses homó,  
Sineres nunc fácere, dum per aétatem licét.  
Potius quam, ubi te éxpectatum eieécisset forás,

110 Alienióre aetate póst faceret tamén. (30)

Demea.

Pro Iuppitér, tu homo adiges mé ad insaniám.  
Non est flagítium, facere haec ádulescentulum?

Micio.

Áh!

Ausculta, né me optundas de hác re saepiús.  
Tuum filiúm dedisti adóptandum mihi.

115 Is meus est fáctus: si quid péccat, Demeá, (35)

Mihi peccat: égo illi maxumám partem feró.

Obsonat, pótat, olet unguénta: de meó.

Amat: dabitur á me argentum, dúm erit commodúm.

Ubi non erít, fortasse exclúdetur forás.

120 Fores effrégit: restituéntur. Discidít (40)

Vestem: resárcietur. Ést, dis gratiá,

Et unde haec fiant, et adhuc nón molesta súnť.

Postremo aut désine aut cedo quémvis arbitrúm:

Te plura in hác re peccare óstendam.

Demea.

Ei mihi,

125 Pater esse dísce ab illis, quí vere siént. (45)

Micio.

Natura tu illi pater es, cónsiliús egó.

Demea.

Tun consulís quicquam?

Micio.

Áh, si pérgis, abieró.

Demea.

Sicine agis?

Micio.

Án ego totiens de cádem re audiám?

Demea.

Curae est mihi.

Wir thatens. Drum verstattetest Du Deinem Sohn,  
Wenn Du human wärst, dies zu thun, so lang ers darf  
Als junger Mann, eh er Dich gern begraben hat

110 Und dann im Alter, wo's nicht paßt, dies dennoch thut.

Demea.

Beim Jupiter! Du bringst mich noch zur Raserei.

Es ist nicht schmähslich, daß ein junger Mann das thut?

Micio.

So hör' doch, daß Du mich nicht öfter noch betäubst.

Du übergabst mir Deinen Sohn an Kindes Statt.

115 Jetzt ist's der meine: wenn er fehltritt, Demea,

So geht das mich an: ich erleide mehr als er.

Er schmaußt, er trinkt, er salbt sich gern: von meinem Geld!

Er liebt: ich geb' ihm Geld, so lang wie mirs gefällt.

Sollt's anders sein, so weiß ich ihm vielleicht die Thür.

120 Die Thür, die er zerbrach, wird hergestellt, das Kleid,

Das er zerriß, geflickt. Noch hab' ich, Gott sei Dank,

Genug, um dies zu thun und noch beschwert mich's nicht.

So schweig denn endlich oder gehn wir vor Gericht:

Ich werde zeigen, daß Du Unrecht hast.

Demea.

Weh mir!

125 Du lern' ein Vater sein von dem, der's wirklich ist.

Micio.

Du bist es von Natur, ich bins durch meinen Rath.

Demea.

Ja! Du beräthst ihn!

Micio.

Wenn Du fortfährst, geh' ich weg.

Demea.

So machst Du's?

Micio.

Hör' ich immer noch dasselbe Lied?

Demea.

Ich sorg' um ihn.

Micio.

Ét mihi curae est. Vérum, Demeá,

130 Curemus aéquam uterque pártem: tu alterúm, (50)  
Ego item alterúm, nam curare ámbos propemodúm  
Reposcere illum est, quem dedísti.

Demea.

Ah, Mició.

Micio.

Mihi sic vidétur.

Demea.

Quid istic? Si ístuc tibi placét,  
Profundat, pérdat, pereat: níhil ad me adtinét.

135 Jam si verbum úllum posthac

Micio.

Rúrsum, Demeá, (55)

Irascere.

Demea.

Án non credis? Répeton quem dedí?

Aegre est: aliénus non sum: si óbsto, em desinó.

Unum vis cúrem, curo. et ést dis gratiá,

Cum ita ut volo ést: iste tuus ípse sentiét

140 Posterius: nólo in illum grávius diceré. (60)

Micio.

Nec nil, neque ómnia haec sunt, quae dicit: tamén

Non nil molésta haec sunt mihi, set ostenderé

Me aegre pati illi noluí, nam ita est homó:

Cum placo, advórsor sedulo ét deterreó:

145 Tamen vix humáne patitur: vérum si augeám (65)

Aut etiam adiútor sim eius íracundiáe,

Insaniám profecto cum illo. Etsi Aeschinús

Nonnullam in hác re nobis fácit inimiám.

Quam hic non amávit meretricem? aut cui non dedít

150 Aliquid? postrémo, nuper (crédo iam omniúm (70)

Taedebat) díxit velle uxórem duceré.

Sperabam iám defervisse ádulescentiám.

Gaudebam. Ecce áútem de integró. Nisi quicquid ést

Volo scire atque hómínem conveníre, si apud forum ést.

Micio.

Ich ebenso. Doch, Demea,

130 Laß uns zu gleichen Theilen sorgen: Du für den,  
Und ich für jenen. Beide hüten ist so viel,  
Als den gegebenen wiederfordern.

Demea.

Micio!

Micio.

So scheint mir's.

Demea.

Nun wohl! Wenn Dir's gefällt, er mag  
Berthum, vergenden, untergehn: mich kümmerts nicht.

135 Sag' ich ein Wort noch mehr —

Micio.

Schon wieder, Demea,

Im Zorn!

Demea.

Du glaubst's nicht? Fordr' ich, den ich gab, zurück?  
Es schmerzt den Vater. Hindr' ich, gut! so schweig' ich still.  
Du willst, ich soll für Einen sorgen. Gott sei Dank,  
Daß er so ist, wie ich es will: Der Deine wird

140 Es später fühlen: Schlimmes sag' ich jetzt noch nicht. (ab.)

Micio.

's ist weder nichts, noch Alles so, wie er es sagt:  
Gleichwohl betrübts mich, doch, daß ich bekümmert bin  
Ihm offenbaren wollt' ich nicht, denn wie er ist,  
Bin ich, ihn still zu machen, schroff und schüchtr' ihn ein,  
145 Und dennoch fühlt er kaum noch menschlich: reizt' ich gar  
Und unterstütz' ich seinen Groll und seinen Zorn,  
So wär' ich gleichfalls rasend. Wenn schon Aeschinns  
In diesen Dingen uns ein wenig Unrecht thut.  
Welch Mädchen hat er nicht geliebt und welche nicht

150 Beschenkt? Am Ende neulich (Alle schienen ihm  
Jetzt schon zuwider) wollt' er nunmehr eine Frau.

Die Jugend, hofft' ich, hätte endlich ausgetobt  
Und freute mich. Da fängts von vorn an! Was es sei,  
Ich wills erfahren und ihn sprechen auf dem Markt.

**Scena tertia.**

(II, 1)

Sannio. Aechinus. Parmeno.

Sannio.

155 Obsecró populares férte misero atque ínnoçenti auxílium:  
Subveníte inopi.

Aeschinus.

Otióse. Nunc iam fíleo hic consisté.

Quid respéctas? Nil períclic est: nunquam, dum égo adero, hic  
te tánget.

Sannio.

Ego istam invítis omnibús.

Aeschinus.

Quamquam est sceléstus, non commíttet hodie unquam,  
íterum ut vapulét. (5)

Sannio.

160 Aeschine, aúdi, ne te ignárum fuisse dícas meorum mórum.  
Leno ego súm.

Aeschinus.

Scio.

Sannio.

At ita ut úsquam fuit fidé quisquam optuná.

Tu quod té posterius púrges, hanc iniúriam mihi nólle

Factam esse, húius non faciam: créde hoc, ego meúm ius  
persequár,

Neque tu vérbis solves úmquam, quod mihi ré malefecerís. (10)

165 Noví ego vóstra haec: Nollem fáctum, dabitur iúsiurandum,  
indígnum

Te esse iniúria hae, indígnis cum egomet sim áceptus modís.

Aeschinus.

Abi prae strénue ac forem áperi.

Sannio.

Ceterum hóc nihili facís?

Aeschinus.

I intro núnc iam.

Sannio.

At enim nóñ sinam.



Dritte Scene.

Sannio. Aeschinus. Parmeno.

Sannio.

155 Ich beschwör' Euch, Leute, bringt dem Armen und Unschuldgen Hülfe!  
Unterstützt die Ohnmacht!

Aeschinus (zur Flötenbläserin).

Ruhig! Tritt nur hier auf diese Seite!

Sieh nicht rückwärts! Unbesorgt! Er rührt dich nicht an, wenn ich  
hier bin.

Sannio.

Dennoch allen hier zum Troß!

Aeschinus.

Obwohl ein Schuß, wird er sich hüten, daß er zweimal Schläge  
kriegt.

Sannio.

160 Höre, Aeschinus, daß du nicht sagst, fremd sei dir mein Character:  
Ich bin Kuppler.

Aeschinus.

Ja!

Sannio.

Mein Leumund, wie's nur je der beste war.

Willst du später dich entschuldgen, daß dies Unrecht dich gereute,  
Das du thatst, so glaub', ich keh'r mich nicht daran: ich will mein  
Recht,

Noch wirst du mit Worten jemals sühnen, was die That verbrach.

165 O! ich kenne Eure Reden: „Thut mir leid! ich will's beschwören,  
Daß du's nicht verdient“, wenn unverdient ich so mißhandelt bin.

Aeschinus (zu Parmeno).

Geh nur stracks voran und öffne!

Sannio.

Achtest du mein Wort für nichts?

Aeschinus (zur Zitherspielerin).

Geh hinein jetzt!

Sannio.

Nein! ich duld' es nicht.

Aeschinus.

Accede illuc, Parmenó.

Nimium stúc abiisti: hic própter hunc adsiste: em, sic voló. (15)  
170 Cave núnc iam óculos a meis óculis quoquam démoveas tuós,  
Ne mora sit, si innuerim, quin púgnus continuo ín mala haereát.

Sannio.

Istuc volo érgo ipsum experíri.

Aechinus.

Em, serva.

Parmeno.

Omítte mulierém.

Sannio.

O facinus índignum!

Aeschinus.

Geminábit nisi cavés.

Sannio.

Misero mihí!

Aeschinus.

Non innuerám: verum in istam pártem potius péccato tamén. (20)  
175 I nunc iám.

Sannio.

Quid hoc reei est? Régnumne, Aeschine, híc tu possidés?

Aeschinus.

Si possidérem, ornatus ésses ex tuís virtutibús.

Sannio.

Quid tibi rei mécum est?

Aeschinus.

Nil.

Sannio.

Quid? nóstin, qui sim?

Aeschinus.

Nón desideró.

Sannio.

Tetigin tui quécquam?

Aeschinus.

Si attigísses, ferres ínfortuniúm.

Aeschinus.

Tritt hieher, Parmeno!

Allzuweit bist du entfernt; tritt neben ihn! gut! so solls sein!

170 Und nun gieb Acht, daß Aug' in Auge du mich stets fixiren mußt,  
Damit die Faust, sobald ich winte, schnell in seiner Bacle steckt.

Sannio.

Das möcht' ich denn doch selbst versuchen.

Aeschinus.

Jetzt gieb Acht!

Parmeno.

Laß los das Weib!

Sannio.

O Schmach und Schande!

Aeschinus.

Gieb nur Acht! sonst schlägt er noch ein Mal.

Sannio.

O weh!

Aeschinus.

Ich hatte nicht gewinkt, doch schadet dieserseits ein Fehltritt nicht.

175 Geh' jetzt hinein!

Sannio.

Was soll das heißen? Aeschinus, bist du hier Herr?

Aeschinus.

Wenn ich das wäre, wärst du längst belohnt, so wie du es verdienst.

Sannio.

Was willst du denn von mir?

Aeschinus.

Nichts.

Sannio.

Kennst du mich?

Aeschinus.

Danach verlangt mich nicht.

Sannio.

Müht' ich denn jemals an, was dein war?

Aeschinus.

Weh dir auch, wenn du es thatst.

Sannio.

Qui tibi meám magis licet habére, pro qua ego árgentum dedí? (25)

180 Responde.

Aeschinus.

Ante aedis non fecisse hic melius érit conviciúm,  
Nam si moléstus esse pérgis, iam intro abrípiere atque ibí  
Usque ad necem óperiere lóris.

Sannio.

Loris líber?

Aeschinus.

Sic erít.

Sannio.

O hominem impúrum: hicine libértatem aiunt aéquam esse omnibús?

Aeschinus.

Si satis iam débacchatus, léno, es, audi sí vis nunc iám. (30)

Sannio.

185 Egon debacchátus sum autem an tú in me?

Aeschinus.

Mitte ista átque ad rem redí.

Sannio.

Quam rem? Quo rédeam?

Aeschinus.

Iamne mé vis diceré, quod ad te adtinét?

Sannio.

Cupio, aequi módo aliquid.

Aeschinus.

Vah! iníqua leno mé non volt loquí.

Sannio.

Leno sum, fáteor, perniciés communis ádulescentiúm,  
Periurus, péstis: tamen tibi á me nulla est órta iniuriá. (35)

Aeschinus.

190 Nam hercle etiam hoc réstat.

Sannio.

Illuc quaéso redí, quo coépisti, Aeschiné.

Aeschinus.

Minis vigínti tu illam emísti, quae res tibi vortat malé.  
Argentí tántum dabitur.

Sannio.

Gehört dir meine Selavin mehr als mir? ich gab ja doch mein Geld.  
180 Antworte!

Meschinns.

Vor dem Hause lassen wir hier besser das Gezänk.  
Denn fällst du mir noch länger lästig, schaff' ich dich hinein und dort  
Wirfst du zu Tode dann geprügelt.

Sannio.

Ich, ein Freier?

Meschinns.

So soll's sein!

Sannio.

O Lästermaul! Hier, sagt man, soll für alle gleiche Freiheit sein!

Meschinns.

Wenn du nun ausgetobt hast, Kuppler, hör' mich an, so dir's gefällt.

Sannio.

185 Ich ausgetobt? Du tobtest auf mir.

Meschinns.

Laß das! Komm zur Sache nun!

Sannio.

Zur Sache? Wohin soll ich kommen?

Meschinns.

Soll ich sagen, was dir frommt?

Sannio.

Wenn's etwas Billiges ist.

Meschinns.

Ein Kuppler will gar nichts Unbilliges!

Sannio.

Ich bin ein Kuppler, ja! Landplage für das junge Volk zusammt,  
Meineidig, böß und dennoch ist dir Unrecht nie von mir geſchehu.

Meschinns.

190 Fürwahr! das fehlte noch!

Sannio.

So komm dahin, wo du begannst, zurück.

Meschinns.

Du kauftest sie für zwanzig Minen, was dir schlecht bekommen mag:  
So viel Geld kriegst du.

Sannio.

Quíd si ego tibi illam nólo venderé?

Coges me?

Aeschinus.

Mínime.

Sannio.

Namque id métui.

Aeschinus.

Neque vendúndam censeó,

Quae libera ést: nam ego liberáli illam adseró causa manú. (40)

195 Nunc vide utrum vís: argentum accípere an causam méditari tuám.

Delibera hóc, dum ego redeo, léno.

Sannio.

Proh suprême Juppitér.

Mínime míror, qui insaníre occipiunt éx iniuriá.

Domo me erípuit, verberávit, me invito ábduxit meám:

Homini mísero plus quingéntos colaphos ínfregit milí. (45)

200 Ob malefácta haec tantidem émptam postulát sibi tradiér.

Verum enim quándo bene promérui, fiat: súom ius postulát.

Age, iam cúpio, modo si argéntum reddat. Sét ego hoc hariolór:

Ubi me díxero dare tánti, testis fáciét ilicó,

Vendidísse me: de argéto somniúm. Mox: cras redí. (50)

205 [Id quoque póssum ferre, módo si reddat, quámqum iniuriúmst.]

Verum cogito íd, quod rés est: quando eum quaéstum inceperís,

Accipiúnda et mussitánda iniuria ádulescentium ést.

Set nemó dabit: frustra égomet mecum has rátiónes putó.

#### Scena IV.

Syrus. Sannio.

Syrus.

Tace, egomét conveniam iam ípsum: cupide accípiat faxo  
atque étiam

210 Bene dicát secum actum. Quíd istuc, Sannio ést, quod te audió

Nescio quid cóncertasse cúm ero?

Sannio.

Wie? wenn ich sie dir nun nicht verkaufen will?

Willst du mich zwingen?

Aeschinus.

Nein!

Sannio.

Ich dachte.

Aeschinus.

Denn verkäuflich ist sie nicht.

Sie ist ja frei: für ihre Freiheit bürgt mein Zeugniß vor Gericht.

195 Nun denke nach: was willst du? Geld annehmen oder den Prozeß?

Das überlege, bis ich wiederkomme, Kuppler.

Sannio.

Großer Gott!

's ist kein Wunder, wenn das Unrecht Leuten den Verstand geraubt.

Riß er mich doch aus dem Hause, schlug mich, raubte mir das Weib,

Zählte mir mehr als fünfhundert Backenstreiche auf und nun

200 Fordert er ob solcher Schandthat für den Kaufpreis noch das Weib.

Doch da er mir früher nützte, sei es drum! er will sein Recht.

Zimmerhin! wenn ich das Geld nur kriege, doch da haperts noch.

Will ich sie für diesen Preis ihm geben, stellt er Zeugen auf,

Daß ich sie verkaufte. Das Geld ist fort! dann heißt: auf Wiedersehn!

205 (Auch das kann ich tragen, zahlt er nur, wenn schon es unrecht ist.)

Doch bedenk' ich mir den Handel, muß ich, was das junge Volk

Unrecht thut, geduldig tragen, wenn ich dies Geschäft begann.

Aber Niemand zahlt: vergeblich stell' ich meine Rechnung an.

### Vierte Scene.

Syrus. Sannio.

Syrus.

Schweig! ich sprech' ihn selbst und willig nimmt er's an und gratulirt sich

210 Daß man gut mit ihm verfahren. Sprich, was hör' ich, Sannio?

Daß du mit meinem Herrn gestritten?

Sannio.

Numquam vídi iniquiús  
Certatiónem comparátam, quam haec hodie ínter nos fuit.  
Ille verberándo ego vapulándo usque ambo défessi sumús. (5)

Syrus.

Tua culpa.

Sannio.

Quíd facerem?

Syrus.

Adulescénti morem géstum oportuít.

Sannio.

215 Qui potui mélius, os qui usque hódie praebui?

Syrus.

Áge, scis quid loquár?

Pecuniam ín loco neglégere maxumum ínterdum est lucrum.

Sannio.

Huí.

Syrus.

Mestuisti, sí nunc de tuo iúre concessísses paululum átque  
Adulescenti ésses morigerátus, hominum homó stultissimé, (10)  
Ne non tibi ístuc faenceráret.

Sannio.

Ego spem prétió non emó.

Syrus.

220 Numquam rem fácies: abi, inescáre nescis hómines, Sannió.

Sannio.

Credo istuc mélius esse: vérum ego numquam adeo ástutus fui,  
Quin quicquid póssem, malletm pótius auferre ín praesentiá.

Syrus.

Age novi tuum ánimum: quasi iam quícquam tibi sint víginti  
minacé, (15)

Dum huic obsequáre. Praeterea aútem te aiunt próficisci Cyprum.

Sannio.

Hém.

Syrus.

225 Coemisse hinc quae illuc veheres múlta, navem cónductam:  
hoc sció,

Animus tibi péndet. Ubi illinc, spéro, redierís, tamen hoc agés.



Sannio.

Niemals sah ich einen Streit  
Mit so ungleichen Waffen führen, als es unter uns geschah.  
Wir wurden beide, er vom Schlagen, ich von Schlägen müd' und matt.

Syrus.

Die Schuld ist dein.

Sannio.

Wie so?

Syrus.

Dem Jüngling mußtest du den Willen thun.

Sannio.

215 Wie konnt' ichs besser, als daß ich mein Antlitz hinhielt?

Syrus.

Weißt du was?

Das Geld zur rechten Zeit nicht achten ist manchmal Gewinn.

Sannio.

Halloh!

Syrus.

Du hast gefürchtet, wenn du jetzt von deinem Rechte dir vergäbst  
Und unserm jungen Herren folgest, o! du allergrößter Tropf!  
Das könnte dir nicht Zinsen bringen.

Sannio.

Hoffnung kauf' ich nicht für Geld.

Syrus.

220 Du wirst nicht reich: verstehst die Menschen nicht zu ködern, Sannio.

Sannio.

Ich glaube, wie du sagst, wars besser, doch ich war noch nie so schlau,  
Daß ich nicht, was ich kriegen konnte, lieber gleich beim Schopfe nahm.

Syrus.

Schon gut! ich kenne dich! als käm' es dir auf zwanzig Minen an,  
Wenn du ihm dienen kannst. Jedoch du willst, sagt man, nach Cypern.

Sannio.

Ha!

Syrus.

225 Du führtest reichen Einkauf mit dir, miethetest ein Schiff: ich weiß,  
Dein Sinn steht dorthin. Kommst du wieder, bleibt, denf' ich, noch  
hierfür Zeit.

Sannio.

Nusquam pedém: perii hercle: hae illi spe hoc incéperunt.

Syrus.

Timét.

Inieci scrúpulum homini.

(20)

Sannio.

O scélera. Illuc vidé,

Ut in ipso artículo oppressit: éemptae mulierés

230 Complures ét item hinc alia, quae porto Cyprúm.

Nisi eo ad mercátum venio, dámmum est maxumúm.

Nunc si hoc omítto ac tum agam ubi illinc redieró,

Nihil est, refríxerit res »Núnc demum venís?

(25)

Cur passus? úbi eras?« Ut sit sátius perderé,

235 Quam aut nunc manére tandiu, aút tum persequí.

Syrus.

Jamne enumerásti id, quod ad te réditurum putés?

Sannio.

Hocine illo dígnum est? hocine íncipere Aeschinúm?

Per oppressiónem ut hanc mi erípere postulét?

(30)

Syrus.

Labascit. Únum hoc habeo: víde si satis placét.

240 Potius quam vénias in perículum, Sannió,

Servesne an pérdas totum, díviduum facé.

Minas decém conradet álicunde.

Sannio.

Ei mihí.

Etiam de sórte nunc venio ín dubium misér?

Pudet nil? ómnes dentes lábefecit mihí,

245 Praeterea cólaphis tuber ést totum capút,

Etiam insupér defrudet? Núsquam abeo.

Syrus.

Ut lubét.

Numquid vis, quín abeam?

Sannio.

Immo hercle hóc quaeso, Syré,

Ut ut haec sunt ácta, potius quám litis sequár,

(40)

Meum mihi reddátur, saltem quánti empta est, Syré.

Sannio.

Nein! keinen Schritt! — Ich bin verloren! dies stützt ihren Plan.

Syrus.

Ihn bangt.

Ich setz' ihm einen Floh ins Ohr.

Sannio.

O Schurken! Sieh,

Wie er zur rechten Zeit mich faßt! Gefaßt hab' ich

230 Noch viele Mägd' und Andreß, was nach Cypern soll.

Verjäum' ich dort den Markt, so ist der Schaden groß.

Doch schieb' ich diesen Handel bis zur Rückkunft auf,

Ist nichts damit. Dann fragt man kühl: Jetzt kommst Du erst?

Was gabst Du's zu? wo warst Du? Besser den Verlust,

235 Als jetzt noch Zögerung oder später den Prozeß!

Syrus.

Hast Du berechnet, was es Dir einbringen kann?

Sannio.

Ist das sein würdig? das beginnt nun Aeschinuss?

Daß er das Mädchen durch Gewaltthat mir entreißt?

Syrus.

Er waukt. — Das Eine hab' ich noch: sieh, ob Dirs schmeckt.

240 Damit Du die Gefahr vermeidest, Sannio,

Das Ganze auf das Spiel zu setzen, nimm halbspart.

Zehn Minen scharrt er noch zusammen.

Sannio.

Wehe mir!

So lauf' ich gar noch mit dem Capital Gefahr?

Er schämt sich nicht? die Zähne schlug er mir schon los,

245 Von Backenstreichen schwoll mein Kopf zur Beule an:

Jetzt noch betrogen? Nein! ich bleibe.

Syrus.

Wie's gefällt.

Ich geh'. — Noch sonst was?

Sannio.

Syrus, nur dies bitt' ich Dich:

Was auch geschehn sei, gebt mir, eh ich vor Gericht

Gehn mag, das Meine, nur den Kaufpreis: weiter nichts.

250 Scio te non ántehac usum amicitia meá:

Memorem me díces esse et grátum.

Syrus.

Seduló

Faciam, set Ctésiphonem vídeo: laetus ést

De amica.

Sannio.

Quíd, quod te oro?

Syrus.

Paúlisper mané.

(45)

**Scena V.**

(II, 3)

Ctesipho. Syrus.

Ctesipho.

Abs quivis hómine, cum est opús, beneficium accípere gaudeás,

255 Verum enim vero id demum iuvát, si quem aequomst fácere,

is bene facít.

O frater fráter, quid ego té nunc laudem? Sátis certo sció:

Numquam ita magnífice quicquam dícam, id virtus quín su-

peret tuá.

Itaque unam hanc rém me habere praéter alias praécipuum

arbitrór, (5)

Fratrem homini némini esse prímarum artiúm magis principém.

Syrus.

260 O Ctesipho.

Ctesipho.

Ó Syre, Aeschinús ubi est?

Syrus.

Ellum te éxpectat domi.

Ctesipho.

Hém.

Syrus.

Quid est?

Ctesipho.

Quid sit? Ílius opera, Síre, nunc vivo: féstivom capút,

Quine omniá sibi postputávit esse praé meo commodó,

250 Ich weiß, Du hast sonst meine Freundschaft nicht erprobt:  
Du wirst mich dankbar und erkenntlich nennen.

Syrus.

Gern

Will ichs versuchen. Doch sieh Ctesipho! Erfrent  
Ob seiner Freundin.

Sannio.

Meine Bitte?

Syrus.

Warte nur.

### Fünfte Scene.

Ctesipho. Syrus.

Ctesipho.

Von jedem Menschen, thut es Noth, nimmt man recht gern Wohl-  
thaten an,

255 Jedoch das freut uns erst, wenn der, der diese Pflicht hat, sie erfüllt.  
O Bruder, Bruder! was soll ich Dich loben? nur zu wohl weiß ich:  
Ich kann nichts Großes sagen, was nicht Deine Tugend überstrahlt,  
Und deshalb hab' ich, wie ich denke, diesen Vorzug auch voraus,  
Daß Niemand einen Bruder hat, der Dir an Fähigkeiten gleicht.

Syrus.

260 O Ctesipho!

Ctesipho.

Wo ist Aeschinus?

Syrus.

Zu Haus erwartet er Dich.

Ctesipho.

Oh!

Syrus.

Was giebt's?

Ctesipho.

Was? Ihm dank' ich mein Leben, Syrus! o! der Fest-  
tagsmensch,

Der meinem Vortheil Alles nachzustellen wagte, was ihm fremmt,

Maledicta, fámam, meum amórem et peccatum ín se transtulít. (10)  
Nil pote suprá. Sed quid foris crépuit?

Syrus.

Mane, mane: ípse exit forás.

**Scena VI.**

Aeschinus. Sannio. Ctesipho. Syrus.

Aeschinus.

265 Ubi est ille sácrilegus?

Sannio.

Me quaérit. Num quidnam éffert? Occidí.

Nil video.

Aeschinus.

Ehem, óportune: te ípsum quaero: quíd fit, Ctesiphó?  
In tuto est ómnis res, omítte vero trístitiem tuám.

Ctesipho.

Ego illam véro omitto, quí quidem te habeam frátrem: o mi

Aeschiné,

O mi germáne: ah vereor córam in os te laúdare ampliús, (5)

270 Ne id adsentánda magis, quam quo hábeam gratum, fácere ex-  
istumés.

Aeschinus.

Age, inepte, quási nunc non norímus nos inté nos, Ctesiphó.  
Sed hoc mihi dolét, nos paene séro scisse et ín eum rem locúm  
Redisse ut si ómnes cuperent, tibi nil possent aúxiliariér.

Ctesipho.

Pudebat.

Aeschinus.

Áh, stultitia est ístaec, non pudór: tam ob parvolám (10)

275 Rem paene e pátria? turpe díctu. Deos quaeso út istaec prohibeánt.

Ctesipho.

Peccavi.

Aeschinus.

Quíd ait tandem nóbis Sannió?

Syrus.

Jam mitis ést.

Den übeln Ruf von meiner Liebſchaft, meinen Fehltritt auf ſich nahm!  
Es geht nichts drüber. Doch die Thür erklang.

Syrus.

Wart' nur: er kommt heraus.

### Sechſte Scene.

Aeſchinus. Sannio. Cteſipho. Syrus.

Aeſchinus.

266 Wo iſt der Schurke?

Sannio.

Das bin ich. Bringt er das Geld mit? Ich bin hin!

Ich ſehe nichts.

Aeſchinus.

So recht! ich ſuchte Dich: wie gehts Dir, Cteſipho?

Die ganze Sache iſt im Sichern: laß jetzt deine Traurigkeit.

Cteſipho.

Ich laſſe ſie fürwahr! ich hab ja Dich zum Bruder, Aeſchinus,  
Und welchen Bruder! o! ich fürchte, lob' ich Dich Dir ins Geſicht,

270 Daß Du dann glaubſt, es ſpräche Schmeichelei, nicht Dankbarkeit  
aus mir.

Aeſchinus.

Geh nur, Du Thor! Du thuiſt als kennten wir uns, Cteſipho, nicht  
längſt.

Doch das bedaur' ich: ſaſt zu ſpät erfuhren wirs und dahin kam  
Beinah, daß Niemand, wers auch wollte, Dir zu helfen fähig war.

Cteſipho.

Ich ſchämte mich.

Aeſchinus.

275 O! das iſt Thorheit! keine Schaam! So winzger Grund  
Trieb ſaß Dich aus dem Vaterlande! Schmählich! Das verhüte Gott!

Cteſipho.

Ich fehlte.

Aeſchinus.

Und was macht denn unſer Sannio?

Syrus.

Er iſt ganz zahm.

Aeschinus.

Ego ad forum íbo, ut hunc absólvam: tu intro ad íllam, Ctesiphó.  
Sannio.

Syre, insta.

Syrus.

Eámus: namque hic próperat in Cyprúm.

Sannio.

Ne tam quidém.

Quamvis etiám maneo otíósus hic.

Syrus.

Reddétur: ne tímé. (15)

Sannio.

280 At ut omne réddat.

Syrus.

Omne réddet: tace modo ác sequere hac.

Sannio.

Sequór.

Ctesipho.

Heus, heus, Syré.

Syrus.

Quid est?

Ctesipho.

Obsecró te hercle, hominem istum ímpuríssimúm  
Quam primum absólvitote, né, si magis inrítatus siét,  
Aliqua ad patrem hóc permanet átque ego tunc perpétuo perierím.

Syrus.

Non fiet: bóno animo es: tu cum ílla te intus óblecta interím (20)

285 Et lectulós iube sterni nóbis et parári ceterá.

Ego iam transácta re convórtam me domúm cum opsonió.

Ctesipho.

Ita quaeso: quándo hoc bene succéssit, hilarem hunc súmamus  
diém.



Neschinus.

Ich geh zum Markt, ihn zu beseitigen: Ctesipho, Du gehst zu ihr.

Sannio.

Dring in ihn, Syrus.

Syrus.

Laß uns gehn: der will nach Cypern.

Sannio.

Keineswegs.

So lang Du willst, bleib ich in Muße hier.

Syrus.

Du kriegst es: fürchte nichts!

Sannio.

280 Jedoch das Ganze!

Syrus.

Ja! das Ganze! Schweig und folg mir nur.

Sannio.

Wohlan!

Ctesipho.

He! Syrus!

Syrus.

Was?

Ctesipho.

Laß Dich beschwören, daß Ihr den unsaubern Kerl  
Sobald als möglich Euch vom Halse schafft, damit nicht, wird er böß,  
Der Vater etwas merkt und ich dann ganz und gar verloren bin.

Syrus.

Wird nicht geschehn: sei guten Muths! ergöße drinnen Dich mit ihr.

285 Laß für uns Ruhebetten breiten und was Noth thut, macht zurecht.

Sobald der Handel abgeschlossen, komm ich mit dem Frühstück heim.

Ctesipho.

So soll es sein! da dies gelungen, feiern wir den Freudentag!

## ACTUS SECUNDUS.



### Scena I.

(III. 1)

Sostrata. Canthara.

Sostrata.

Obsecró, mea nutrix, quíd nunc fiet?

Canthara.

Quíd fiat, rogás?

Recte édepol spéro.

Sostrata.

Modo dolóres, mea tu, occípiunt primulúm.

Canthara.

290 Iam nunc tímés, quasi numquam adfúeris, numquam túte pe-  
pererís.

Sostrata.

Miseram me, néminem habeo, sólae sumus. Geta ántem hic  
non adést,

Nec est, quem ad óbstetricem míttam, nec qui adcérsat Aeschinúm.

Canthara.

Pol is quidém iam hic aderít, nám numquam unum intérmittit diém,  
Quin semper véniat.

Sostrata.

Solus meárum est miseríarum remediúm.

Canthara.

295 É re náta melius fieri haut potuít quám factum est, erá.  
Quando vítium oblatum est, quód ad illum adtinét potissimúm.  
Talem, táli ingenio atque ánimo, natum ex tánta familiá. (10)

Sostrata.

Ita pol ést ut dicis: sálvos nobis déos quaeso ut siét.

## Zweiter Act.

### Erste Scene.

Sostrata. Canthara.

Sostrata.

Ich beschwör' Dich, Amme, sprich! was wird nun?

Canthara.

Was? das fragst Du mich?

Es wird ja gut gehn, wie ich hoffe.

Sostrata.

Ihre Wehen treten ein.

Canthara.

290 Du bist so bang, als hättest Du's nie gesehen und selbst kein Kind gehabt.

Sostrata.

Weh mir! ich habe Niemand, bin allein: auch Geta ist nicht da.

Mir fehlt ein Bote für die Wehfrau, ebenso für Aeschinüs.

Canthara.

Nun! der wird bald zur Stelle sein, denn er versäumt ja keinen Tag,

Daß er nicht käme.

Sostrata.

Er allein ist mir in meinem Leid ein Trost.

Canthara.

295 Wie die Sache liegt, o Herrin, wars am besten noch wie's kam,  
Da der Makel einmal da ist, und zumeist was ihn betrifft,  
Solchen Mann, von solchem Herzen und Gemüth, aus solchem Haus.

Sostrata.

Ja! so ist's: die Götter bitt' ich, daß er uns erhalten bleibt.

**Scena II.**

(III, 2)

Geta. Sostrata. Canthara.

Geta.

Nunc illud ést, quom, si omnia ómnes sua consília conferánt  
300 Atque huic maló salutem quaérant, auxili nihil adferánt,  
Quod mihi que eraéque filiaéque erili est: vaé misero mihi.  
Tot res repénte circumvállant, unde emérgi non potést:  
Vís egéstas, iniustítia, solitúdo, infamiá. (5)  
Hocine saécclum! o scelera, o génera sacrilega, ó hominem inpiúm.

Sostrata.

305 Me míseram, quídnam est, quod sic vídeo timidum et própe-  
rantem Getám?

Geta.

Quem neque fidés, neque iusiurándum neque illum mísericordiá  
Repressit, néque reflexit, néque quod partus ínstabat propé,  
Cui miserae indigne per vim vítium optulerat.

Sostrata.

Nón intellegó (10)

Satis, quae loquátur.

Canthara.

Propius óbsecro accedámus Sostrata.

Geta.

Áh

310 Me miserum! víx sum compos ánimi: ita ardeo íracundiá.  
Nihil est quod málim, quam illam tótam familiám dari mi obviám,  
Ut ego iram hanc ín eos evomam ómnem, dum aegritúdo haec  
est recéns.

(Satis mi id hábeam supplicí, dum illos úleiscar modó.) (15)

315 Seni animam prímum extinguerem ípsi, qui illud próduxit scelús.  
Tum autem Syrum, ímpulsorem, váh, quibus illum lácerarem modís?  
Sublímec médium arriperem et cápíte pronum in térram sta-  
tuerém,

Ut cerebro díspergat viám.

### Zweite Scene.

Geta. Sostrata. Canthara.

Geta.

300 Das ist der Punkt, wo, wenn die Weisheit Aller sich zusammenthut  
Und für dies Unglück eine Abwehr sucht, sie uns nicht helfen kann,  
Wie's meiner Herrin, ihrer Tochter und mir selbst erging. Weh mir!  
So thürmt sich plötzlich um uns auf, daß uns kein Ausweg möglich ist.  
Ungerechtigkeit, Gewaltthat, Armuth, Einsamkeit und Schimpf.  
Dies Jahrhundert! gottvergessne Schurken! o! der böse Mann!

Sostrata.

305 Mir Armen weh! was seh ich so den Geta zagend und in Haft?

Geta.

Den nicht sein Wort noch auch sein Schwur noch selbst sein Mitge-  
fühl bewog  
Und ihn zurückhielt, noch des armen Mädchens nahe Niederkunft,  
Die er unwürdig mit Gewalt geschändet hat.

Sostrata.

Was er da spricht,

Versteh' ich kaum.

Canthara.

So gehn wir näher, Sostrata.

Geta.

Weh! wehe mir!

310 Kaum bin ich meiner Sinne mächtig: so erglüh't in mir der Zorn.  
Am liebsten säh ich jetzt die ganze Sippschaft hier vor mir vereint,  
Daß ich auf sie den Zorn ausspiee, während mich die Wunde brennt.  
(Das wäre Strafe, die genügt, wenn ich an ihnen Rache nahm.)  
Sein Lebenslicht blief ich dem Alten aus, der diesen Schuft erzog.

315 Dann aber Syrus, den Verführer, halloh! wie zerriß ich den!  
Ich packt' ihn, hob' ihn hoch und stellt' ihn auf die Erde mit dem  
Kopf,

Daß sein Gehirn den Weg bespritzt.

Ádulescénti ipsi eriperem óculos: posthac praécipitem darém.

Ceterós ruerem, agerem, ráperem, funderem ét prosternerém.

320 Sed céssó eram hóc malo inpertíre propero?

Sostrata.

Révoceumus, Geta.

Geta.

Hém.

Quísquis és, sine me.

Sostrata.

Ego sum Sóstrata.

Geta.

Ubi ea est? Te ípsam' quaeritó.

Te expeto: óppido oportúne te obtulísti mi obviám.

Era.

Sostrata.

Quid ést? quid trepidas?

Geta.

Eí mi.

Sostrata.

Quid festínas, mi Getá? (25)

Animam récipe.

Geta.

Prorsus

Sostrata.

Quíd istuc prorsus érgo est?

Geta.

Perimús.

325 Actum est.

Sostrata.

Lóquere ergo, obsecró te, quid sit.

Geta.

Jám.

Sostrata.

Quid iam, Getá?

Geta.

Aeschinús.

Doch dem Jungen riß ich die Augen aus und ein Genickfang drauf!  
Was sonst bleibt, zerriß, beraubt' ich, schüßs zu Boden, in die Flucht.  
320 Doch was erfährt dies Unglück flugs die Herrin nicht?

Sostrata.

Geta!

Geta.

Halleh!

Wer Du seist, laß mich!

Sostrata.

Ich bin ja Sostrata.

Geta.

Dich such' ich ja,

Dich erseh'n' ich: grad zur rechten Zeit trittst Du mir in den Weg.  
Herrin!

Sostrata.

Nun! Du zitterst?

Geta.

Weh mir!

Sostrata.

Warum bist Du so in Hast?

Schepfe Athem!

Geta.

Ganz und gar

Sostrata.

Was ganz und gar?

Geta.

Sind wir dahin!

325 Es ist aus!

Sostrata.

Sprich, ich beschwör' Dich, was es sei!

Geta.

Er

Sostrata.

Geta! wer?

Geta.

Aeschinus

Sostrata.

Quid is ergo?

Geta.

Alienus est ab nóstra familia.

Sostrata.

Hém.

Perii. Quáre?

Geta.

Amare occépit aliam.

Sostrata.

Vaé misero mihi.

Geta.

Neque id occúlte fert: ab lénone ipsus éripuit palám. (30)

Sostrata.

Satin hoc cértum est?

Geta.

Certum: hisce óculis egomet vídi. Sostrata.

Sostrata.

Áh.

330 Me míseram, quíd iam credas? aút cui credas? nóstrumne  
Aeschinúm,

Nostram omniúm vitam, in quo nóstrae spes opésque omnes sitáe?

Qui se sine hác irabat únnum numquam vícturum diém,

Qui se in suí gremio positúrum puerum dícebat patris. (35)

Ita obsecráturum, ut licéret sibi hanc uxórem ducere.

Geta.

335 Era, lacrumas mítte ac potius quód ad hanc rem opus est  
pórro, consulé:

Patiamurne áu narremus cuípiam.

Canthara.

Au, au, mí homo. saunm és?

An hoc proferéndum tibi vidétur usquam?

Geta.

Mí quidem non placét.

Iam primum illum álieno animo a nóbis esse rés ipsa indicát. (40)

Nunc si hoc palám proferimus, ille iníitias íbit, sat sció:

340 Tua fama et guátae víta in dúbium veniet. Túm si maxumé



Sostrata.

Was ist's mit ihm?

Geta.

Ist unserm Haus entfremdet.

Sostrata.

Ha!

Ich bin hin! Warum?

Geta.

Er liebt jetzt eine andre.

Sostrata.

Weh mir! weh!

Geta.

Er verbirgt's auch nicht: vom Kuppler raubt er sie vor aller Welt.

Sostrata.

Ist das sicher?

Geta.

Ja! mit diesen Augen sah ich's selbst.

Sostrata.

Dann Weh

330 Mir Armen! Wo ist Treu und Glauben? das that unser  
Aeschinus?

Er unser Aller Leben? Hoffnung, Hilfe ruhten nur auf ihm.

Er, der oft schwur, er könnte keinen Tag verleben ohne sie?

Der seinen Sohn in seines Vaters Schooß zu legen angelobt

Und den so lange zu beschwören, bis er sie zur Frau ihm gab?

Geta.

335 Laß Deine Thränen, Herrin: lieber denk' an das, was nöthig ist,  
Ob wir's verschweigen oder kundthun?

Canthara.

Weh! bist du bei Sinnen, Freund?

Glaubst du, dies sei noch kund zu machen?

Geta.

Mir gefällt dies freilich nicht.

Zunächst zeigt schon der ganze Handel, daß er uns entfremdet ist.

Wenn wir die Sache an den Tag ziehen, weiß ich, daß er's leugnen wird.

340 Dein Ruf und Deiner Tochter Leben sind aufs Spiel gesetzt und selbst

Fateatur, cūm amet aliam, nōn est utile, hānc illi darí.  
Quapropter quóquo pacto tácito est opus.

Sostrata.

Ah mínime gentiūm!

Non faciam.

Geta.

Quíd ages?

Sostrata.

Proferam.

Canthara.

Hém, mea Sostratá, vide quam rem agás.

Sostrata.

Peiore rēs loco non pótis est esse, quam ín quo nun sita ést.  
345 Primum indotáta est: tum praetérea, quae secúnda ei dos  
erát,

Periit: pro vírgine dari núptum non potést. Hoc relicuom ést.  
Si infitias íbit, testis mécum est anulús, quem amiserát.

Postremo quándo ego mihi sum cónscia, a me culpam esse  
hanc procúl. (50)

Neque pretium néque rem ullam intercéssisse illa aut mé in-  
dignam, Getá,

350 Experiar.

Geta.

Quíd istic? esto, ut mélius dicas.

Sostrata.

Tú, quantum potést.

Abi atque Hegióni cognato húius rem enarráto omnem ordiné,  
Nam is nostro Símulo fuit súmumus et nos cóluit maxumé.

Geta.

Nam hercle alius némo respicít nos.

Sostrata.

Propere tú, mea Canthará, (55)

Curre, obstetrícem accerse, ut, cum ópus sit, ne in morá  
nobis siét.

Wenn ers gesteht, darf er nicht diese frein, da er die andre liebt.  
Drum ist es nöthig, daß wir schweigen: jedenfalls!

Sostrata.

Ha! Nimmermehr!

Ich thu's nicht.

Geta.

Was?

Sostrata.

Ich bring' es aus.

Canthara.

O! liebe Herrin! sieh Dich vor!

Sostrata.

Auf einem schlechteren Punkt, als diesem, kann die Sache nimmer  
stehn.

345 Schon ohne Mitgift büßte sie die zweite Mitgift der Natur  
Auch ein: als Jungfrau kann sie Niemand frein. Nur dies ist noch  
mein Trost:

Sollt' er es leugnen, ist der Ring mein Zeuge, den er einst  
verlor.

Am Ende, da ich mir bewußt bin, daß ich frei bin jeder Schuld  
Und weder Geld noch sonst unwürdige Dinge hier vermittelten,

350 Will ichs versuchen.

Geta.

Nun wohl! Du hast wohl Recht.

Sostrata.

Geh du alsbald

Und melde ihrem Anverwandten Hegio, was hier geschah,  
Denn er war unserm Simulus der beste Freund und hielt uns hoch.

Geta.

Es kümmert freilich sich um uns sonst Niemand.

Sostrata.

Eile, Canthara,

Hilf du die Wehfrau her, daß nöthigen Falls sie uns nicht war-  
ten läßt.

**Scena III.**

(III, 3)

Demea. Syrus.

Demea.

- 355 Disperii: Ctésiphonem audívi filiúm  
Una adfuisse in raptióné cum Aeschinó.  
Id misero réstat mihi malí, si illum potést,  
Qui alicuí rei est, étiam eum ad nequítiam adducéré.  
Ubi ego illum quáeram? credo abdúctum in ganeúm (5)
- 360 Aliquo: persuásit ille inpúrus, sat sció.  
Set eccum Syrum íre video: iám hinc scibo, ubi siét.  
Atqui hercle hic dé grege illo est: sí me senserít  
Eum quaerítare, numquam dícet carnuféx.  
Non ostendam íd me velle.

Syrus.

Omném rem modo sení, (10)

- 365 Quo pacto habéret, enarrámus ordiné.  
Nil quicquam vídi laetiús.

Demea.

Pro Iuppitér,

Hominis stultítiam.

Syrus.

Conlaudávit filiúm:

Mihi, qui id dedíssem consílium, égit gratiás.

Demea.

Disrumpor.

Syrus.

Argentum adnumerávit ilicó: (15)

- 370 Dedit practérea in sumptum dímidium minae.  
Id distribútum sane est éx sententia.

Demea.

Hém.

Huic mandes, sí quid recte cúratum velís.

Syrus.

Ehem, Demea, haút aspexerám te: quid agitúr?

Dritte Scene.

Demea. Syrus.

Demea.

355 Weh mir! ich hörte, daß auch Ctesipho mein Sohn  
Mit Aeschinus beim Raube gegenwärtig war.  
Das fehlt mir noch bei meinem Leid, wenn er auch den,  
Der etwas taugt, zur Schlechtigkeit verführen kann.  
Wo find' ich ihn? ich glaub' in eine Aneipe hat  
360 Er ihn gebracht und sicher ihn verlockt, der Schuft.  
Doch sieh da, Syrus! jetzt erfahr' ich, wo er sei,  
Wenn schon zur Bande er gehört: wenn er es merkt,  
Daß ich ihn suche, sagts der Schurke nimmermehr.  
Ich will nicht zeigen, was ich will.

Syrus.

Den ganzen Schwanz,

365 Wie sichs verhielt, erzählten wir dem alten Herrn.  
Noch niemals sah ich größre Freude.

Demea.

Jupiter!

Wie dumm er ist!

Syrus.

Er lobte weidlich seinen Sohn:  
Mir, der ich jenen Rath gegeben, sagt' er Dank.

Demea.

Ich berste.

Syrus.

Augenblicklich gab er uns das Geld

370 Und eine halbe Mine noch zum Gratial.  
Die ist denn freilich auch nach Wunsch vertheilt.

Demea.

Ja! ja!

Dem muß man geben, was man gut besorgt sehn will.

Syrus.

Ha, Demea! ich sah dich nicht: wie geht es dir?

Demea.

Quid agatur? vóstram nequeo mírari satís (20)  
375 Rationem.

Syrus.

Est hércle inepta, né dicam dolo, átque  
Absurda. Písces ceterós purga, Dromó.  
Congrum istum máximum in aqua sínito luderé  
T'antisper: úbi ego rediero, éxossabitúr:  
Prius nolo.

Demea.

Haécine flagitia.

Syrus.

Mí quidem non placént (25)  
380 Et clamo saépe. Salsaménta haec, Stephanió,  
Fac maceréntur pulcre.

Demea.

Dí vostram fidém!

Utrum studióne id sibi habet, án laudi putát  
Fore, si perdíderit gnatum? Vaé misero mihi!  
Videre vídeor iam diem illum, cum hinc egéns (30)  
385 Profugiet áliquo militátum.

Syrus.

O Demeá,

Istuc est sápere, non, quod ánte pedes modo ést,  
Videre, sét etiam illa, quae futura súnť,  
Prospicere.

Demea.

Quíd? istaec iam penés vos psaltria ést?

Syrus.

Ellam intus.

Demea.

Ého an est domi habitúrus?

Syrus.

Credo, ut ést (35)

390 Dementia.

Demea.

Haécine fieri?

Demea.

Wie's geht? ich kann noch immer eure Handlungsart  
375 Nicht fassen.

Syrus.

Thörigt ist sie, grad heraus gesagt,  
Und albern. — Dromo, schab' die andern Fische ab!  
Nur jenen großen Aal, den laß im Wasser noch  
Sich tummeln: bin ich da, so nehmt das Rückgrat aus!  
Nicht früher!

Demea.

Diese Schmach!

Syrus.

Gefällt mir freilich nicht.

380 Ich schelte oftmal's. — Den Salzfish, Stephanio,  
Laß tüchtig wässern!

Demea.

O! bei aller Götter Treu!

Ist das sein Streben oder glaubt er's lebenswerth,  
Wenn er den Sohn verdirbt? dann weh mir armen Mann!  
Mir dünkt, ich sehe schon den Tag, wo er von hier  
385 Ein Bettler fortzieht in den Krieg.

Syrus.

O! Demea!

Nur das ist Weisheit, nicht, was vor den Füßen liegt,  
Allein zu sehn, vielmehr noch, was die Zukunft bringt,  
Zu ahnen.

Demea.

Habt ihr noch die Citherspielerin?

Syrus.

Hier drin.

Demea.

Im Hans will er sie haben?

Syrus.

Wahnsinn ist's,

390 Doch glaub' ich's.

Demea.

Das geschieht!

Syrus.

Inépta lenitás

Patris et facíltas prava.

Demea.

Frátris me quidém

Pudet pigétque.

Syrus.

Nimium intér vos, Demea, áe

Non quia ades praésens dico hoc, pérnimium interés.

Tu quantusquántus nil nisi sapientia és:

(40)

395 Ille, somniúm. Sineres vero illum tu tuúm

Facere haec?

Demea.

Sinerem illum? Aut non sex tótis mensibús

Prius olfecíssem, quam ille quícquam coeperét?

Syrus.

Vigilantiám tuam tu mihi nárras?

Demea.

Sic siét

Modo ut nunc est, quaeso.

Syrus.

Ut quisque súum volt esse, ita ést. (45)

Demea.

400 Quid eum? vidístin hodie?

Syrus.

Túumne filiúm?

Abigam hunc rus. Iámduum aliquid rúri agere arbitrór.

Demea.

Satin scis ibi ésse?

Syrus.

Oh, quem egomet próduxi.

Demea.

Optume ést.

Metui ne haeréret hic.

Syrus.

Atque íratum admodúm.



Syrus.

Die dumme Weichlichkeit  
Des Vaters, sein verkehrter Leichtsin!

Demea.

Schmach und Schaam  
Auf meinen Bruder!

Syrus.

Allzugroß ist zwischen Euch,  
Ich sag's nicht, weil Du hier bist, Demea, die Klust.  
Du bist vom Wirbel bis zur Zeh die Weisheit selbst,  
395 Er ist ein Träumer. Gäßt Du zu, daß dies Dein Sohn  
Vollführte?

Demea.

Ich zugeben? Hätt' ich nicht, bevor  
Er's angefangen, schon sechs Monat Witterung?

Syrus.

Du rühmst mir deine Wachsamkeit?

Demea.

Ich will nur dies,  
Daß er so bleibt.

Syrus.

Wie's jeder will, so ist sein Sohn.

Demea.

400 Wie stehts um ihn? sahst du ihn heute?

Syrus.

Deinen Sohn?

(Der soll aufs Land!) Er hat wohl auf dem Land zu thun.

Demea.

Weißt du's bestimmt?

Syrus.

Ich bracht' ihn selbst hinaus.

Demea.

Sehr gut!

Dacht' ich doch schon, er steckte hier.

Syrus.

Und ärgerlich.

Demea.

Quid autem?

Syrus.

Adórtust iurgió fratrem aput forúm

(50)

405 De psaltria ístac.

Demea.

Ain veró?

Syrus.

Nil reticuít.

Nam ut numerabátur forte argéntum. intervenít  
Homo de improvíso, coepit clámare: o Aeschiné!  
Haecine flagítia facere te? haéc te admitteré  
Indigna género nostro?

Demea.

Oh, lácrumo gaudió.

(55)

Syrus.

410 Non tu hoc argéntum perdis, sét vitam tuám.

Demea.

Salvos sit: spéro est similis máiorum suum.

Syrus.

Huí.

Demea.

Syre, praeceptórum est plenus ístorum ille.

Syrus.

Phý!

Domi habuit únde discerét.

Demea.

Fit seduló.

Nil praetermítto. consuefacio: deniqué

(60)

415 Inspicere, tánquam in speculum. in vítas omniúm

Iubeo atque ex áliis sumere éxemplum sibi.

Hoc facito.

Syrus.

Récte saue.

Demea.

Hoc fúgito.

Demea.

Wie so?

Syrus.

Den Bruder hat er auf dem Markt geschmäht

105 Um jenes Mädchen.

Demea.

Wie? gewiß?

Syrus.

Ganz rüchhaltslos.

Denn eben als das Geld gezahlt ward, kam der Mensch

Ganz unversehens und schalt dann: o Meßchinus!

Selch eine Schandtthat thust du? das erlaubst du dir

Unwürdig unsres Bluts?

Demea.

Vor Freuden weine ich.

Syrus.

110 Dein Leben, nicht dies Geld allein vergeudest du.

Demea.

Heil ihm! ich hoff' er ist der Ahnen werth.

Syrus.

Und wie!

Demea.

Syrus, von solchen Lehren steckt er voll.

Syrus.

Gewiß!

Er konnt's zu Hause lernen.

Demea.

O! ich sey' ihm zu.

Ich schenk' ihm nichts, gewöhn' ihn gut, genug! er muß

115 In Aller Leben wie in einen Spiegel schaun,

Um dort von Andern sich ein Vorbild auszu sehen.

„Das thust du!“

Syrus.

Richtig!

Demea.

„Jenes nicht!“

Syrus.

Callidé.

Demea.

Hoc laudi est.

Syrus.

Ístaec res est.

Demea.

Hóc vitio datúr.

Syrus.

Probissumé.

(65)

Demea.

Porro autem

Syrus.

Nón hercle otium ést

420 Nunc mi auscultánda: piscis éx sententiá

Nactus sum: hi míhi ne corrumpántur, cautio ést.

Nam id nobis tám flagitium est, quam illa, o Demeá,

Non facere vóbis, modo quae díxiti, et quod queó

Conservis ád eundem ipsum praécipio modúm.

(70)

425 Hoc salsum est, hóc adustum est, hóc lautum est parúm.

Illud recte: íterum sic meménto. Seduló.

Moneo quae póssum pro meá sapientiá.

Postremo, tánquam in speculum, in pátnas, Demeá,

Inspicere iúbeo et moneo, quíd facto usus sít.

(75)

430 Inepta haec ésse, nos quae fácimus, sentió:

Verum quid fácias? Ut homo est, íta morem gerás.

Numquid vis?

Demea.

Méntem vobis méliorem darí.

Syrus.

Tu rus hinc íbis.

Demea.

Recta.

Syrus.

Nám quid tu hic agás,

Ubi, si quid béne praecipias, némo optemperét?

(80)

Syrus.

Wie klug bedacht!

Demea.

„Das lobt man!“

Syrus.

Ganz so, wie Du sagst.

Demea.

„Das tadelt man.“

Syrus.

Berzüglich!

Demea.

Ferner

Syrus.

Doch ich habe keine Zeit

120 Dir zuzuhören. Fische hab' ich ganz nach Wunsch  
Gekauft: ich fürchte, daß der Koch sie mir verdirbt,  
Denn das wär' Schande, Demea, so gut für uns,  
Wenn wirs versäumten, als für Euch, was Du da sagst.  
Ganz so wie Du leit' ich die andern Sklaven an.

125 „Das ist versalzen, das verbrannt, das schmeckt noch nicht.  
Doch das ist gut! so fahre fort!“ so lehr' ich sie  
Mit vielem Fleiß nach meiner Weisheit, wie ich kann.  
Genug! ich heiße sie in Schüsseln, Demea,  
Wie in den Spiegel schau'n und sehn, was nöthig ist.

130 Daß unser Thun nur Thorheit ist, das fühl' ich wohl.  
Was aber machen? wie der Herr ist, muß man sein.  
Willst Du noch sonst was?

Demea.

Daß Ihr mehr zur Einsicht kommt.

Syrus.

Du gehst aufs Land.

Demea.

Geradswegs.

Syrus.

Was sollst Du auch hier,

Wo Deinen guten Lehren Niemand folgen will?

Demea.

Io is. quámobrem huc venerám.

435 Ego vero hinc ábeo, quam De ille ad me adtinét.

Rus abiit. Íllum euro unum. ípse viderít.

Quando ita volt fráter: de istoc usleó? estne Hegió

Set quis illie ést. procul quem ví. rele: váh! (85)

440 Homo amicus nóbis iam inde a púero. Di boní,

Ne illius modí iam magna nóbis civiúm Paenuria ést antiqua virtute ac fidé.

Haut cito malí quid ortum ex hóe sit publicé. (90)

Quam gaudeo: úbi etiam huius géneris reliquiás

445 Restare vídeo, vivere étiam nunc lubét.

Opperiar hóminem hie ut salútem et colloquár.

(III, 4)

### Scena IV.

Hegio. Geta. Demea. Pamphila.

Hegio.

Pro di immortáles, facinus índignum. Getá.

Quid narras?

Geta.

Sic est factum.

Hegio.

Ex íllan familiá

Tam inliberále facinus ésse ortum? o Aeschiné.

450 Paul haut patérnum istuc dedísti.

Demea.

Videlicét

De psaltria hóe audivit: íd illi nunc dolét

Alieno: páter is nihili péndit. Eí míhí.

U'tinam hie prope adéssset alieubi átque audiret háec.

Hegio.

Nisi facient, quae illos aequom est, haut sic auferént.

Geta.

455 In te spes ómnis, Hegió, nobis sita ést:

Te solum habémus, tu es patrónus, tu patér.

(10)

Demea.

- 435 So will ich gehn, da der, um den ich kam, aufs Land  
Gegangen ist: um ihn nur sorg' ich, er ist mein,  
Da es der Bruder will: für jenen sorg' er selbst.  
Doch wer ist das dort in der Ferne? Hegio?  
Aus unsrer Tribus? wenn mir recht ist, ja! fürwahr!
- 440 Mein Freund von Kindesbeinen an: o! guter Gott!  
Von dieser Sorte tritt schon großer Mangel ein  
Bei uns, von Bürgern noch von altem Schrot und Korn.  
Von dem ist schwerlich Schaden je dem Staat geschehn.  
Wie freu' ich mich! Wenn ich von dieser Art den Rest
- 445 Noch übrig sehe, leb' auch ich noch gern. Ich will  
Ihn hier erwarten: ja! ich grüß' und sprech' ihn an.

### Vierte Scene.

Hegio. Geta. Demea. Pamphila.

Hegio.

Bei allen Göttern! schmähslich, Geta, ist die That!  
Was jagst Du?

Geta.

So geschahs!

Hegio.

So wär' in solchem Haus  
Ein so gemeiner Streich verübt? o! Meischnus!

- 150 Das war der Väter gar nicht würdig.

Demea.

Offenbar

Meint er die Citherspielerin: das schmerzt ihn jetzt,  
Den Freunden, doch den Vater kümmert's nicht. Weh mir!  
Wär' er doch hier zur Stell' und hörte dies mit an!

Hegio.

Wenn sie nicht thun, was recht ist, geht es so nicht ab.

Geta.

- 155 In Dir ruht alle unsre Hoffnung, Hegio,  
In Niemand sonst: Du bist uns Vater, Du Patron,

Ille tibi móricens nos comméndavit senéx.

Si deserís tu, perimús.

Hegio.

Cave dixerís:

Neque faciam, néque me id satis pié posse arbitrór.

Demea.

460 Adibo. Sálvere Hegiónem plurimúm

Jubeo.

Hegio.

Oh! te quaérebam ipsum: sálve, Demeá.

(15)

Demea.

Quid autem?

Hegio.

Máior filiús tuus Aeschinús,

Quem fratri adóptandum dedísti, neque boní

Neque liberális functus ófficium est virí.

Demea.

465 Quid istuc?

Hegio.

Nóstrum amicum nóras Simulum átque

Aequalem?

Demea.

Quídni?

Hegio.

Filiam éius virginém

(20)

Vitiavit.

Demea.

Hém.

Hegio.

Mane: nondum audísti, Demeá,

Quod est gravíssimum.

Demea.

An quid ést etiam ampliús?

Hegio.

Vero ampliús, nam hoc quídem ferúndum aliquo modo ést.

470 Persuasit nóx, amor, vinum, ádulescentiá:

Humanum est. Úbi scit factum, ad mátrém virginís

(25)



Du, dem noch sterbend uns der Alte anempfahl.  
Verlaßt Du uns, gehn wir zu Grunde.

Hegio.

Schweig! ich wills  
Nicht thun, noch denk' ich, daß ich es mit Ehren kann.

Demea.

160 Ich tret' ihn an. Sei bestens, Hegio, von mir  
Gegrüßt.

Hegio.

Auch Du! Dich suchst' ich eben, Demea.

Demea.

Was giebt's?

Hegio.

Der ältre Deiner Söhne, Aeschinus,  
Den Du dem Bruder überlassen hast, that nicht,  
Was einem braven, freigebornen Mann geziemt.

Demea.

165 Wie so?

Hegio.

Du kanntest unsern Freund, den Simulus,  
Den Coetan?

Demea.

Ja wohl!

Hegio.

Nun! dessen Tochter ist

Den ihm verführt.

Demea.

Ha!

Hegio.

Wart'. Denn noch vernahmst Du nicht

Das Wichtigste.

Demea.

So giebt's noch etwas Wichtigeres?

Hegio.

Gewiß! das giebt's! denn dies erriß' man allenfalls.

170 Die Nacht war Schuld! die Jugend wars, die Liebe, Wein!  
Es ist natürlich. Nach der That kommt er von selbst

Venit ipsus últro, lacrumans, órans, obsecrans.

Fidem dans, iúrans se illam dúcturum domúm.

Ignotum est, tácitum est, creditum ést, virgo ex eó

475 Compressu grávida facta, hic ménsis decimus ést.

Ille bonus vir nóbis psaltriám, si dis placét.

(30)

Paravit, quícum vivat: illam deserít.

Demea.

Pro certon tu istaec dicis?

Hegio.

Máter virginís

In medio est, ípsa virgo, rés ipsa: hic Getá

480 Praeterea, ut cáptus est servórum, non malús

Neque iners: alit illas: solus ómnem familiám

(35)

Sustentat: húnc abduce, vínci, quaere rém.

Geta.

Immo hercle extórque, nisi ita fáctum est, Demeá.

Postremo nóñ negabit: córam ipsum cedó.

Demea.

485 Pudet: nec, quíd agam, neque quíd huíc respondeám.

Scio.

Pamphila.

Me míseram! differór doloribús.

(40)

Iuno Lucína fer opem: sérva me obsecro.

Hegio.

Hém.

Numman illa quaéso parturít?

Geta.

Certe, Hegio.

Hegio.

Hém!

Illaec fidém nunc vostram implórat, Demeá,

490 Quod vos vis cógit, id ut volúntate impetrét.

Haec primum ut fiant, deos quaeso, út vobis decét.

(45)

Sin aliter ánimus voster ést, o Demeá,

Summa vi défendam hauc atque illum mortuóm.

Cognatus mí erat: una a púeris parvolís

495 Sumus educti: úna semper militiae et domi

Zur Mutter, weint, beschwört sie, bittet ab und giebt  
Sein Wort, ja schwört, sie solle seine Gattin sein.

Ihm ward verziehen, man schwieg, man glaubte ihm, indes

175 Wird nach neun Monden jenes Mädchen Mutter. Jetzt

Nimmt er, so Gott will, eine Citherspielerin

Der Gute, lebt mit ihr, läßt jene dann im Stich.

Demea.

Weißt Du das sicher?

Hegio.

Ja: des Mädchens Mutter selbst

Bezeugt, das Mädchen, auch die That spricht: außerdem

180 Ist Geta hier, für einen Sklaven gut und brav,

Denn er erhält sie, sorgt allein fürs ganze Haus.

Führ' ihn hinweg, bind' ihn, examinire ihn.

Geta.

Ja laß mich foltern, wenns nicht wahr ist, Demea.

Am Ende wird ers selbst nicht läugnen: bring' ihn her.

Demea.

185 Ich schäme mich: ich weiß nicht, was zu thun, noch was

Ihm zu erwidern.

Pamphila (hinter der Scene).

Weh mir! mich zerreißt der Schmerz!

Juno Lucina! Hilf mir! Rette mich!

Hegio.

Wie nun?

Kommt sie jetzt nieder?

Geta.

Hegio, gewiß!

Hegio.

Wohlan!

Sie weint und steht nun Eure Trenn an, Demea,

190 Daß Ihr gutwillig thut, wozu die Pflicht Euch zwingt.

Daß das geschehn mag, wie's Euch ziemt, das bit' ich Gott.

Doch denkt Ihr anders, Demea, so weiß' ich ihr

Und jenem Todten meine ganze Kraft zum Schutz.

Berwandi, von frühesten Kindheit an sind wir zugleich

195 Erzogen: Krieg und Frieden theilten wir zugleich

Fuimus: paupértatem una pértulimus gravém. (50)  
Quapropter nítar, faciam, expérior, deniqué  
Animam relínquam potius quam illas descrám.  
Quid mihi respóndes?

Demea.

Fratrem cónveniam, Hegió.

Hegio.

500 Set, Demea, hóc tu facito cum ánimo cogités: (55)  
Quam vos facíllume agitis, quám estis maxumé  
Potentes, dítes, fortunáti, nobilés,  
Tam maxumé vos aequo animo aéqua nosceré  
Oportet, sí vos voltis pérhiberi probós.

Demea.

505 Redito: fíent, fieri quae aéquom est, omniá. (60)

Hegio.

Decet te fácere. Geta, duc me íntro ad Sostratám.

Demea.

Non me indicénte haec fiunt. Útinam hic sit modó  
Defunctum: vérum nimia illaéc licentiá  
Profecto evádet in aliquód magnum malúm.

510 Ibo ac requíram fratrem, ut ín eum haec evomám. (65)

Und auch der Armuth Bürde trugen wir zugleich.  
Drum will ich streben, handeln, wagen, ja sogar  
Mein Leben eher lassen, eh' ich sie verließ.  
Was jagst Du nun?

Demea.

Ich will zum Bruder, Hegio.

Hegio.

500 Doch, Demea, erwäg' im Innern noch dies Wort:  
Je leichter Euch das Leben ist, je mächtiger,  
Je reicher, glücklicher, je adlicher Ihr seid,  
Um so viel mehr müßt Ihr nach Billigkeit und Pflicht  
Verfahren, wollt Ihr anders brave Männer sein.

Demea.

505 Geh heim! denn Alles soll, was billig ist, geschehn.

Hegio.

So recht! Jetzt, Geta, führe mich zu Sostrata.

Demea.

Das kommt, wie ichs gesagt hab'. O! daß dies doch nur  
Das Ende wäre! doch die Zügellosigkeit  
Versteigt sich sicher, bis sie Unheil uns gebracht.

510 Jetzt hin zum Bruder, daß ich nicht ausschütten kann!

## ACTUS TERTIUS.

### Scena I.

(III, 5)

Hegio.

Bono animo fáe sis, Sostrata, ét istam, quod potés.

Fac consolére: ego Miciónem, si aput foruna ést.

Conveniam atque út res gesta est, nárrabo ordiné.

Si est, ut factúrus tunc sit ófficium suóm,

515 Faciat: sin áliter de hac re est éius sententiá. (5)

Respondeát mi, ut, quid agam, quám primum sciám.

### Scena II.

(IV, 1)

Ctesipho. Syrus.

Ctesipho.

Am patrem hunc abisse rús?

Syrus.

Jam dudum.

Ctesipho.

Díc sodes.

Syrus.

Apud villam est.

Nunc cum máxime operis áliquid facere crédo.

Ctesipho.

Utinam quidé,

Quod cum salúte eius fiat, íta se defetígaret velím.

520 Ut triduo hóc perpetuo prórsum e lecto néqueat surgeré.

Syrus.

Ita fiat, ét istoc si quid pótis est rectiús.

Ctesipho.

Ita: nam hunc diém (5)

## Dritter Act.

### Erste Scene.

Hegio.

Sei guten Muthes, Sostrata, und tröste sie  
So viel als möglich: ich will, ist er auf dem Markt,  
Mit Micie sprechen, treu berichten, was geschah.  
Ist er entschlossen, seine Pflicht hierin zu thun,  
515 So mag ers thun, doch wenn er andrer Meinung ist,  
Soll er mir Rede stehn, damit ich handeln kann.

### Zweite Scene.

Ctesiphon. Syrus.

Ctesiphon.

Auf das Land ging schon der Vater?

Syrus.

Pängst.

Ctesiphon.

Sprich! Freund.

Syrus.

Ja! auf das Landhaus.

Jetzt neckt er schon mitten in der Arbeit, denk ich.

Ctesiphon.

O! daß er,

Doch unbeschadet seines Wohlseins, sich so abarbeitete,

520 Daß er in den drei nächsten Tagen nicht aufstände aus dem Bett.

Syrus.

Das wünsch' ich und wo möglich Bessres.

Ctesiphon.

Allerdings! denn diesen Tag

Nimis misere cūpio, ut coepi, pērpētuum in laetitia degeré.  
Et illud rūs nulla alia caúsa tam mali ódi. nisi quíá

Prope est: quod si ábesset longiús,

525 Prius nox óppressisset illic, quam huc revórti posset íterum.

Nuc ubi me illic non vidébit, iam huc recúrret, sat sció. (10)

Rogitabit me úbi fuerim, quem ego hódie toto nón vidi dié.

Quid dicam?

Syrus.

Nílne in mentem est?

Ctesipho.

Núsquam quicquam.

Syrus.

Tánto nequiór.

Cliens, amícus, hospes, némo est vobis?

Ctesipho.

Súnt. Quid postea?

Syrus.

530 Hisce opera ut dáta sit.

Ctesipho.

Quae non dáta sit? Non potést fieri.

Syrus.

Potést.

Ctesipho.

Interdiú: sed si hic pernócto, causae quíd dicam, Syré? (15)

Syrus.

Vah! quam vellem étiam noctu amícis operam mós esset  
darí.

Quin tu otíósus es: ego illius sensum púlcre calleó.

Cum fervit máxume, tam plácidum, quam ovem réddo.

Ctesipho.

Quo modó?

Syrus.

535 Laudariér te audit lubénter: facio te ápud illum deúm.

Virtutes nárro.

Ctesipho.

Meas?



Verlangt mich sehulich, wie er anfing, zu beschließen: freudenvoll.

Und jenes Landgut haß' ich nur deshalb so heftig, weil es nah

Von hier ist: wär' es mehr entfernt,

525 Hätt' ihn wohl die Nacht verhindert, um zu uns zurückzukehren.

Jetzt, wenn er mich dort nicht sieht, läuft er hieher zurück: gewiß!

Er wird mich fragen, wo ich war: den ganzen Tag sah er mich nicht.

Was sag' ich ihm?

Syrus.

Fällt Dir nichts ein?

Etesipho.

Nein! nichts.

Syrus.

So schlimmer dann für Dich.

Habt Ihr denn nicht Klienten, Freunde, Gäste?

Etesipho.

Allerdings: was dann?

Syrus.

530 Nun! daß Du ihnen halfst.

Etesipho.

Wo ich nicht half? das geht nicht.

Syrus.

Das geht doch.

Etesipho.

Bei Tage; doch bleib' ich zu Nacht, was dient dann zur Entschuldigung?

Syrus.

Ha! wollt' ich doch, daß man den Freunden hülfreich wär' auch in  
der Nacht.

Doch sei nur ruhig: ich verstehe mich auf seine Sinnesart.

Tobt er auch noch so sehr, ich mach' ihn wie ein Lamm so fromm.

Etesipho.

Wie so?

Syrus.

535 Er hört Dich gar zu gerne loben: ich vergöttre Dich vor ihm.

Ich rühme Deine Tugend.

Etesipho.

Meine?

Syrus.

Tuás: homini ilicó lacrumae cadúnt, (20)

Quasi puero, gaúdio. Em tibi aútem.

Ctesipho.

Quidnam est?

Syrus.

Lúpus in fabulá.

Ctesipho.

Paterne est?

Syrus.

Ípsus.

Ctesipho.

Syre, quid ágimus?

Syrus.

Fuge modo íntro: ego videró.

Ctesipho.

Si quid rogábit, nusquam tú me: audistin?

Syrus.

Pótin ut desinás?

### Scena III.

(IV, 2)

Demea. Ctesipho. Syrus.

Demea.

540 Ne ego hómo sum infélix. primum frátrem nusquam invénio gentiúm.

Praétereá aútem, dum illum quaéro, a villa mércenariúm

Vidi: is filium negat ésse ruri, néc quid agam sció.

Ctesipho.

Syre.

Syrus.

Quid ést?

Ctesipho.

Men quaerit?

Syrus.

Vérum.

Ctesipho.

Perii.

Syrus.

Ja. Er weint dann wie ein Kind  
Vor Freude. Ha! sieh dort!

Ctesipho.

Was giebt's denn?

Syrus.

Sieh! der Wolf, von dem man spricht.

Ctesipho.

Der Vater?

Syrus.

Ja.

Ctesipho.

Was thun wir, Syrus?

Syrus.

Lauf hinein: ich will schon sehn.

Ctesipho.

Fragt er nach mir, Du sahst mich nirgend: hörst Du?

Syrus.

Hör' doch einmal auf!

**Dritte Scene.**

Demea. Ctesipho. Syrus.

Demea.

540 O! ich Unglücklicher! den Bruder find' ich nirgend auf der Welt!  
Dann sah ich, als ich ihn suchte, von dem Landgut einen Knecht,  
Und der leugnet, daß mein Sohn dort sei: was thun? ich weiß es nicht.

Ctesipho.

Syrus.

Syrus.

Nun?

Ctesipho.

Er sucht mich.

Syrus.

Ja.

Ctesipho.

Weh mir!

Syrus.

Quín tu animo bono és.

Demea.

Quid hoc, malum, infelicitátis? nequeo sátis decerneré, (5)

545 Nisi me crédo huic esse nátum rei, ferúndis miseríis.

Primus séntio mala nóstra, primus réscisco omniá.

Primus pórro obnuntio: aégre solus, sí quid fit, feró.

Syrus.

Rideo húnc: primum ait se scíre: is solus néscit omniá.

Demea.

Nunc redeó, si forte fráter redierít viso.

Ctesipho.

Syré, (10)

550 Obsecró, vide ne ille huc prórsus se inruát.

Syrus.

Etiam tacés?

Ego cavébo.

Ctesipho.

Nunquam hercle hódie ego istuc committam tibi.

Nam me iam ín cellam aliquam cúm illa concludam: íd tutis-  
simum ést.

Syrus.

Age, tamén ego hunc amovébo.

Demea.

Set eccum scéleratum Syrúm.

Syrus.

Non hercle híc quidem duráre quisquam, sí sic fit, potést. (15)

555 Scire equidém volo, quot míhi sint domini: quac haec est miseríá?

Demea.

Quid ille gánnit? quid volt? quíd ais, bone vir? ést frater domí?

Syrus.

Quid, malúm, bone vir míhi nárras? equidem périi.

Demea.

Quid tibi ést?

Syrus.

Rogitas? Ctésipho me púgnis miserum et ístam psaltriám

Usque occídít.

Syrus.

Sei Du nur guten Muths!

Demea.

Was zum Denter! hab' ich Unglück! ich versteh' es wahrlich nicht,  
545 Wenn ich nicht allein zum Weiden mich geboren glauben soll.

Ich zuerst fühl' unser Unglück, ich erfahr' es auch zuerst,

Ich zuerst erzähl's, ich leide, wenn was vorfällt, ganz allein.

Syrus.

O! der Thor! er meint's zuerst zu wissen: er allein weiß nichts.

Demea.

Jetzt seh' ich bei meiner Rückunft, ob mein Bruder kam.

Ctesipho.

Sieh zu,

550 Syrus, daß er nicht hereinstürzt! ich beschwöre Dich.

Syrus.

So schweig'.

Meine Sorge!

Ctesipho.

Das vertrau' ich wahrlich nimmermehr Dir an.

Ich verschließ' in eine Kammer mich mit ihr: das Sicherste!

Syrus.

Gut! doch den will ich vertreiben.

Demea.

Ha! sieh Syrus da, den Schuft!

Syrus.

Hier hält's wahrlich Niemand länger, wenns so fortgehn sollte, aus.

555 Wissen möcht' ich wohl, wie viele Herrn ich habe: welche Zucht!

Demea.

Warum keist, was will der? ist mein Bruder heim? sprich! guter  
Freund.

Syrus.

Was zum Denter „guter Freund“? ich bin verloren.

Demea.

Was giebt's denn?

Syrus.

Was? die Citherspielerin und mich hat Ctesipho beinah  
Todtgeprügelt.

Demea.

Em, quid nárras?

Syrus.

En ut díscidit labrúm. (20)

Demea.

560 Quamobrem?

Syrus.

Mé impulsore hanc émptam esse ait.

Demea.

Non tu éum rus hinc modó

Produce áibas?

Syrus.

Factum: vérum venit póst insaniéns.

Nil pepércit. Non pudúisse verberáre hominem seném?

Quem ego módo puerum tantillum in manibus géstavi meis?

Demea.

Laudo, Ctésipho, patríssas: abi, virúm te iudicó. (25)

Syrus.

565 Laudas? né ille continébit posthac, sí sapiet, manús.

Demea.

Fortitér.

Syrus.

Perquam, quia míseram mulierem ét me servolúm,

Qui referíre non audébam, vicit: hui, perfortitér.

Demea.

Melius nón potuit: idem, quód ego, sensit té esse huic rei capút.

Set estne fráter intus?

Syrus.

Nón est.

Demea.

Ubi illum invéniam cogitó. (30)

Syrus.

570 Scio, ubi sít, verum hodie núnquam monstrabo.

Demea.

Hém, quid ais?

Syrus.

Itá.

Demea.

Dann Wie? Was sagst Du?

Syrus.

Sieh die Lippe, wie zerfetzt!

Wo Demea.

Jeshalb?

Syrus.

Weil auf meinen Antrieb sie gekauft sei.

Demea.

Sagst Du nicht,

Daß Du ihn aufs Land gebracht hast?

Syrus.

Ja! doch er kam wüthend her,

Schoute nichts. Sich nicht zu schämen, einen alten Mann zu haun, Er, den ich als kleines Kind unlängst auf meinen Armen trug?

Demea.

Brav so! Gtesiphos, du gleichst dem Vater, wirst ein ganzer Mann.

Syrus.

Brav? er hält fürwahr wohl später ist er klug, die Hand zurück.

Demea.

Mannhaft!

Syrus.

Sehr! weil er das arme Mädchen und mich schlechten Knecht, Der auch ihn zu schlagen anstand, schlug: ha ha! sehr mannhaft das!

Demea.

Ganz vortrefflich! denn er sah wie ich, du seist an Allem Schuld. Ist mein Bruder drinnen?

Syrus.

Nein.

Demea.

Weißt Du, wo ich ihn finden kann?

Syrus.

570 O! ich weiß es, doch ich will es heut nicht sagen.

Demea.

Wie?

Syrus.

So ist's.

Demea.

Diminuétur tibi quidém iam cerebrum.

Syrus.

At nómen nesció \

Illius hóminis, sed locúm novi ubi sit.

Demea.

Díc ergo locúm.

Syrus.

Nostin pórticum apud macéllum hac deorsum?

Demea.

Quídni noverím?

Syrus.

Praeteríto hac recta plátea sursum: úbi eo venerís. (35)

575 Clivos dcórsum vorsum est: hác te praecipitáto: postea  
Est ad hánc manum sacéllum: ibi angipórtum propter ést:  
Illic úbi etiam capríficus magna est.

Demea.

Nóvi.

Syrus.

Hac pergitó.

Demea.

Id quidem ángiportum nón est perviúm.

Syrus.

Verum hercle. Váli,

Censen hóminem me esse? errávi. In porticúm rursum redí. (40)

580 Sane hac múlto propius íbis et minor ést erratió.

Scin Cratíni huius dítis aédis?

Demea.

Scio.

Syrus.

Ubi eás praeterierís,

Ad sinístram hac recta plátea, ubi ad Diánae venerís,  
Ito ad déxtram. Prius quam ad pórtam venias, áput ipsum lacúm  
Est pistrílla: ei exadvórsum fabrica: ibi ést.

Demea.

Quid ibi facít? (45)



Demea.

Dann zer Schlag' ich dir den Schädel.

Syrus.

Nun! den Namen jenes Manns  
Weiß ich nicht: den Ort nur weiß ich, wo er ist.

Demea.

So sag' den Ort.

Syrus.

Kennst Du unten bei der Fleischbank hier die Halle?

Demea.

Wie denn nicht?

Syrus.

Geh vorbei, gradaus die Straße aufwärts: wenn Du oben bist,  
575 Führt ein Hügel dort hinunter: eil' hinab. Dann findest Du  
Dieser Hand ein Tempelchen, dann eine Gasse nebenbei:  
Dort, wo auch der große Feigenbaum ist.

Demea.

Ich weiß wohl.

Syrus.

Dort geh.

Demea.

Doch die Gasse ist kein Durchgang.

Syrus.

Wahr! bei Gott! ich irrte mich.

Irren ist ja menschlich. Drum keh' in den Säulengang zurück,  
580 Denn so gehst Du auch viel näher und Du irrst auch nicht so leicht.  
Weißt Du, wo Cratinus wohnt, der reiche?

Demea.

Ja.

Syrus.

Bist Du vorbei,

Gehst die Straße Du zur Linken. Wo Dianas Tempel ist,  
Gehst Du rechts. Bevor Du noch zum Thore kommst, ist hart am See  
Eine Mühle und ein Tischler. Dort ist er.

Demea.

Was macht er da?

Syrus.

585 Lectulós in sole ilígneis pedibus fáciundos dedit.

Demea.

Ubi potétis vos: bene sáue. Set cesso ád eum pergeré?

Syrus.

I sane: égo te exercebo hódie, ut dignus és, silicerniúm.

Aeschinús odiose céssat: prandiúm corruppitúr.

Ctesiphó aútem in amore est tótus. Ego iam próspiciam míhí, (50)

590 Nam iam abíbo atque unum quícquid, quod quidem érit bellisimúm,

Carpam et cyathos sorbiláns paulatim hunc próducam diém.

#### Scena IV.

(IV, 3)

Micio. Hegio.

Micio.

Ego in hac re níl reperio, quámobrem lauder tántopere, Hegió,

Meum officium fácio: quod peccátum a nobis órtum est, corrigó.

Nisi si me in illo credidísti esse hominum número, qui ita putánt,

595 Sibi fieri iniúriam ultro, sí quam fecere ípsi expostulés

Et ultro accúsant: id quia nón est a me fáctum, agis gratiás? (5)

Hegio.

Ah, minime: núnquam te aliter átque es, in animum índuxi meúm.

Set quaeso ut úna mecum ad mátrém virginís eas. Mició,

Atque istaec éadem, míhi quae díxti, tute dícas mulierí.

600 Suspiciónem hanc propter frátrem esse: eius esse illam psaltriám.

Micio.

Si ita aequom cénset aut si ita ópus est facto, eámus.

Hegio.

Bene facís. (10)

Nam et illi animúm iam relleváris, quae dolóre ac miseríá

Tabescit ét tuo officio fúeris functus. Sét si aliter putás,

Egomet narrábo quae míhi díxti.

Micio.

Immo egomet íbo.

Syrus.

585 Er hat Gartenbäume dort bestellt, den Fuß von Eichenholz.

Demea.

Drauf ihr trinken könnt? Vortrefflich! doch ich geh und such' ihn auf. (ab)

Syrus.

Wel mir! Todesbraten: heute heß' ich dich, wie du's verdienst.

Meichinus läßt häßlich warten: unser Frühstück wird ganz kalt.

Ctesiphon steckt ganz in Liebe. Darum sorg' ich für mich selbst:

590 Ich will gehn und irgend etwas, das mich am schmachhaftesten  
dückt,

Naschen und den Wein ausschürfen, bis so sanft der Tag vergeht.

### Vierte Scene.

Micio. Hegio.

Micio.

Ich seh nicht ein, weshalb ich so viel Lob verdiente, Hegio.

Ich thue meine Pflicht: den Fehltritt, den wir thaten, mach' ich gut.

Wenn du nicht glaubst, ich sei von jener Menschen Zahl, die  
wähnen, daß

600 Sie Unrecht leiden, wenn ihr Thun zur Rechenschaft gezogen wird  
Und sich beklagen: weil ich das nicht that, da sagst du mir noch Dank?

Hegio.

O! keineswegs! ich glaubte niemals, du seist anders als du bist.

Doch gehn wir beide jetzt zur Mutter jenes Mädchens, Micio.

Sag' du dasselbe, was du mir gesagt hast, der Matrone dort,

610 Daß der Verdacht den Bruder trifft: sein sei die Citherspielerin.

Micio.

Wenn du's für recht hältst oder wenn es nöthig ist, gehn wir.

Hegio.

Wohlan!

So wirst du ihr das Herz erleichtern, die vor Schmerz und Glend schier  
Vergeht, und deine Pflicht erfüllen. Wenn du anderer Meinung bist,  
Bericht' ich ihr, was du mir sagtest.

Micio.

Nein! ich gehe selbst.

Hegio.

Bene facis.

605 Omnes, quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio  
quo modo

Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis: (15)

Propter suam impotentiam se semper credunt ludier.

Quapropter te ipsum purgare ipsis coram placabilius est.

Micio.

Et recte et verum dicis.

Hegio.

Sequere me ergo hac intro.

